9tt chez Gruyzet Lyon

47661/C

131 M. Duval-Jouve, conseiller municipal,
1, rue Auguste-Broussonnet,
à MONTPELLIER Hérault

T. III

N. XIV

42530

BIBLIOTHECA BOTANICA,

SIVE

CATALOGUS AUCTORUM ET LIBRORUM

omnium qui de Re Botanica, de Medicamentis ex Vegetabilibus paratis, de Re Ruſtica, & de Horticultura tractant,

A JOANNE-FRANCISCO SEGUIERIO

NEMAUSENSE DIGESTUS.

ACCESSIT

BIBLIOTHECA BOTANICA

J. O. ANT. BUMALDI,

SEU POTIUS

OVIDII MONTALBANI

BONONIENSIS.

Ex libris
P. Broussonet. D.m.m.

HAGÆ-COMITUM,
Apud JOANNEM NEAULME,
M. DCC. XL.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

PRÆFATIO.

POSTQUAM in immenſum excrevit Botanices ſtudium, Libros omnes Botanicos pernoſcere adeo difficile eſt, ut dubitetur ſæpiſſimè, num habeatur qui de hac vel illa planta verba fecerit: quamobrem ſi univerſos recenſerem, atque in volumen unum eorum Notitiam compingerem, non ſolum Botanophilis, ſed etiam ceteris literatis viris gratum me facturum putavi. Scio equidem mirari multos, præſertim concives & amicos, cur Juriſprudentia relicta ad Botanicam, quæ tam diverſa doctrina eſt, me converterim. Quomodo id evenerit, paucis indicabo. Petrus Bauxius, Medicus, mihi amicitiâ conjunctiſſimus, rarioribus plantis hortum Nemauſi conſitum pluribus abhinc annis colebat, & mihi ſciſcitandi earum notitiam, & vires, pluries ſuggerebat. Tunc inceſſit cupido, non ſolum exoticas, verum etiam indigenas cognoſcendi; itaque ſedulò agrum Nemauſenſem cum illo peragravi, plantaſque omnes in eo ſponte creſcentes attentè conquiſivi. Deinde Monſpelii occaſione nacta N. Chycoi-

næum Regis Galliæ nunc protomedicum, & poſt aliquod tempus Pariſiis Antonium Juſſiæum in hortis Regiis Botanicis Simplicium demonſtrationem facientes audivi. Porrò, cum in Urbe illa degerem, ſumma voluptate immenſam plantarum ſeriem, nativis coloribus à Nicolao Roberto, & à Claudio Aubrieto delineatarum in Regali Bibliotheca pluries inſpexi. Hanc olim Gaſto Borbonius Aurelianenſium Dux collectionem primum inſtituit: cum verò ad Bibliothecam Regiam acceſſiſſet, Ludovici Magni juſſu plurimùm provecta eſt; creſcit etiam, & ampliatur in dies. Tribus abhinc annis, pluribus in voluminibus, nullo ferè ſervato ordine, theſaurus iſte adhuc ſervabatur, ità ut plantam petenti aliquam, non niſi evolutis omnibus oſtendi poſſet. Cum aliquando de illarum catalogo conficiendo cum Ill. Viro Joanne Bignonio Bibliothecæ Præfecto ſermonem haberem, ut imagines illas omnes in ordinem digererem juſſit, utque inſuper varias plantarum adpellationes ſingulis adjicerem. Cum arduam provinciam diu detrectaſſem, parere tandem mihi fuit neceſſe, & manum operi admovere. Methodum Tournefortianam ceteris præſtantiorem antepoſui, variiſque plantarum ſynonimis additis rem tamdem confeci. Cum in eo Catalogo Libri plurimi Auctorumque diverſorum nomina laudarentur, eorum quoque enumerationem addere Præſes doctiſſimus juſſit. Eam cum deſcriberem, nullam haberi Botanicam Bibliothecam quâ uti poſſem, & quæ opera recenſeat omnia, vehementer dolui, ac miratus ſum: quapropter illam pro viribus inſtruen-

inſtruendi ſtatim cupido inceſſit. Itaque animum ad eam curam ſeriò convertens, ex Libris omnibus quos fuit videndi copia, tum etiam Bibliothecis, Catalogis, innumeriſque Diariis, ſeriem adornavi, quam nunc juris publici facio.

BOTANICA circa duo præcipuè verſatur: notitiam plantarum, & vires; ideoque ſecundum hanc diviſionem, Catalogus noſter in duas partes bipartiendus eſſet, unam librorum qui de plantarum notitia tractant, alteram illorum qui de viribus earum ſeu de Medicamentis ex Vegetabilibus paratis ſermonem faciunt. Sed quia multæ plantæ, præſertim cereales & exoticæ, abſque cultura haud proveniunt; tertiam adjiciendam putavi, quæ libros de horti & agri culturâ enumerabit. Ex his ergo tribus generibus hanc Bibliothecam inſtruxi. In una & altera parte operum deperditorum rationem habui, & antiquorum Auctorum nomina retuli. In mentem etiam venerat initio hujuſce Catalogi Botanices Hiſtoriam præfigere: ſed, cum hoc ſibi Negotium jam ſuſceperit Tournefortius in *Iſagoge Inſtitutionum Rei Herbariæ*, ideò miſſam feci, & ſolum initio tertiæ partis Agriculturæ originem & progreſſum breviter deſcripſi; cum hoc nemo, ut arbitror, antea aggreſſus fuerit. Plinii articulo omnium illius Scriptoris Editionum & Commentariorum Indicem dedi. Roberti nomine abſolutiſſimum deſcripſi omnium plantarum Catalogum, numquam antea editum, tabulis æneis ab illo diligentiſſimo cælatore cum ſociis ſuis inciſarum, quarum prototypi cum multis aliis exi-

mia manu Claudii Aubrieti Catalaunenſis depicti, ſervantur, ut jam dixi, in Bibliotheca Regis Galliarum. Explicationem Notarum præmiſi, quibus Bibliothecas deſignavi in quibus mihi fuit copia conſulendi Libros, tum etiam aliorum opera ex quibus illos deprompſi: & tandem ad calcem rerum omnium generalem Indicem ſubjunxi. Doctis & Illuſtribus Viris pluribus ſumma devincior gratiâ, nulli verò magis quam Ill. Viro Marchioni Scipioni Maffeio, quem tamquam patrem colo, & qui, dum iter per Gallias, Angliam, Bataviam, & Germaniam faceret, comitem, domique redux contubernalem me eſſe juſſit, mihique ad viros literatos aditum præbuit, eorumque benevolentiam conciliavit.

De variis Rei Herbariæ Catalogis in præſentiâ mihi dicendum eſt. Conradus Geſnerus Tigurinus, totius Hiſtoriæ Naturalis Parens, primus omnium viam monſtravit. Is ſcilicet anno 1552. Catalogum Scriptorum Botanicorum conſcripſit, qui cum Hiſtoria Plantarum Hieronymi Tragi editus, Botanicorum, eorumque operum Indicem breviter continet. Sed cum illius ætate hæc ſcientia paucos ſibi vindicaret auctores, brevem quoque & paucarum plagularum Catalogum dedit. Seculo deinde ferè elapſo cum Botanica amplius floreret, Caſpar Bauhinus, qui tantam in re herbaria famam adeptus eſt, initio Pinacis Botanici auctorum Indicem, quorum operibus uſus eſt, præfixit, ſeriemque ſatis longam attulit. Sed qui palmam illo ſeculo reportavit, Ovidius Montalbanus,

banus eſt, Matheſeos Profeſſor, qui anno 1657. Botanicam Bibliothecam compegit, in qua auctores, eorumque opera, tam impreſſa quam manuſcripta, enumeravit; ità ut Geſneri Catalogo longè præſtantior evaderet. Hic à juventute Botanices ſtudio deditus multum profecit. Indicem plantarum in ſuo Herbario ſicco contentarum publicavit, deinde varia Opuſcula Botanica, ac tandem Aldrovandi Dendrologiam curis ſuis adornatam, cujus etiam Muſæi, Bartholomæo Ambroſino vitâ functo, cuſtodiam habuit. In ea Bibliotheca, quam Jo. Antonii Bumaldi nomine (Ovidii Montalbani Anagramma) publicavit, Catalogum quoque operum ſuorum edidit, tum etiam plurium manuſcriptorum botanicorum quæ domi aſſervabat. In quatuor partes, ut ità dicam, illam diviſit à Græcis initium faciens, deinde Latinos, poſtea Arabes, & tandem recentiores à ſeculo XV. Scriptores, uſque ad annum 1657. recenſuit. Ariſtotelis libros duos de plantis pro genuinis habet, qui nunc ab omnibus rejiciuntur. M. Catonem, Varronem, Palladium, & Geoponicorum collectionem cum Botanicis adnumerat, quàm immeritò neminem non latet, cum hi de Agricultura ſolummodò mentionem faciant. Idem dicendum de Petr. Creſcentio, aliiſque de Agricultura tractantibus, uti ſunt Benèd. Curtius, Aug. Gallus, Raph. Volaterranus, Joſ. Milius, Conr. Heresbachius, Car. Stephanus, aliique. Fugerunt eum Editiones plures, ut ex Catalogo noſtro patebit. Verumtamen, ſi hos & perpaucos alios errores exceperis, hic Liber inter utiles adſcri-

adſcribendus, cum ex illo plures de Auctoribus Notitias eruamus, quæ alibi invenire non eſſet. Quia verò opus illud nuſpiam venum reperitur, ità ut multis Botanicis ſit incognitum, ad calcem hujus Catalogi illud ſubjungi, additis etiam ejuſdem auctoris Graminum Indicibus. Joannes Raius, initio prolegomenorum ad hiſtoriam plantarum, Scriptorum Botanicorum ſeriem retulit, ſed illorum duntaxat qui in appellationibus plantarum citantur, ità ut pro Bibliotheca haberi nequeat. Deinde Joſephus Pitton Tournefortius Aquiſextienſis in *Iſagoge Inſtitut. Rei Herb.* eorumdem Catalogum optimè concinnavit, judicium de Botanicis faciens, & eorum Vitam compendioſe enarrans. Antonius Juſſiæus, Medicus Pariſienſis, uſque ad annum 1719. illum perduxit. Auguſtus Quirinus Rivinus, Medicinæ Profeſſor Lipſienſis, Bibliothecam Botanicam promiſerat, omnium Auctorum qui rem herbariam ab initio ad hæc uſque noſtra tempora pertractarunt, imagines, vitam, & ſcripta contenturam; ſed Auctore mortuo an. 1723. opus imperfectum remanſit. Noviſſimus denique qui illam compegit Carolus Linnæus, Medicinæ Doctor Suecus, numeratur, qui eam typis mandavit Amſtelodami anno 1736. in 8. In varias Claſſes illam diſtribuit, ut librorum notitia facilior evaderet. Præf. p. 1. *Primarius*, inquit ille, *noſter ſcopus hic eſt, ad redigendos auctores in ordinem, ſeu libros botanicos in methodum naturalem, ut tyrones ſciant quos libros eligere debeant, auctoreſque noſcant, qui in hac vel illa ſcientiæ noſtra parte ſcripſerint.* Deinde varios libros quaſi Biblio-

bliothecas Botanicas recenſens, cum illis adnumerat Catalogum Librorum Bibliothecæ Rivinianæ auctione venditorum, & Acta Eruditorum Lipſienſium. Auctores quadrifariam partitur, hoc eſt in Græcos, Romanos, Aſiaticos, & Barbaros. Græcos vocat omnes qui Græcâ linguâ, antequam Græcia Romanis ſubjecta fuerit, ſcripſerunt: hac debellatâ omnes illos inter Latinos repoſuit. Secundum mirificam eam Diviſionem, Dioſcoridem inter Scriptores Romanos retulit. Eodem loco Antonio Muſæ, Auguſti Imperatoris Medico, *Examen omnium ſimplicium Medicamentorum* tribuit, qui Liber ab Antonio Muſa Braſavolo Seculi XV. Medico compoſitus eſt. Cum Barbaris adnumerat omnes Botanicos, qui à Seculo XII. ad XV. ſcripſerunt, & inter illos Petri Creſcentii opus de Agriculturâ retulit. P. 12. Theophraſti commentatores indicans, nec Dom. Vignæ Florentini animadverſiones, nec Cæſ. Odoni ſententias, nec Felicis Accoramboni explicationes memorat. P. 13. Commentariorum Dioſcoridis Indicem faciens, nec illos Petri Leydenſis, nec Jo. Coſmæ Holzachii, aut Roberti Conſtantini commemoravit, ſed duos typographos, Kempfferum, & Bringerum, qui verſionem illius auctoris à Jo. Dantzenio linguâ Germanicâ deſcriptam, impreſſerunt, illorum loco tyronibus indicat. Ibidem Petri Belonii commentarios recenſet manuſcriptos, Bibliothecam in quâ ſervantur nequaquam indicans. P. 16. inter illos qui Plinium illuſtrarunt Harduinum tacuit.

p. 2. p. 4. p. 6. p. 15.

P. 28. Gregorio à Turre Profeſſori Patavino Hiſtoriam plantarum Patavii editam anno 1635. tribuit, & rariſſimam eſſe annotat: rarior equidem eſſe nequit, cum ille nullam hoc titulo compoſuerit Hiſtoriam; de opere *Dryadum*, *&* *Amadryadum*, *Chloridiſque Triumphus*, fortè loquitur, Patavii edito anno 1685. P. 25. docet Brunfelſium linguâ Germanicâ libros ſuos ſcripſiſſe: ſed omnes ſciunt hunc Auctorem Latinâ linguâ opus ſuum adornaſſe. De libro *Herbarius patrius* p. 27. relato, tyrones monebo fruſtra illum ſub hoc titulo eſſe quæſituros, cujus genuinus eſt *Herbarium*: *Patavii.* 1485; neque eum *ſtylo monachali* ſcriptum eſſe, cum in opere illo in Gallicam, Italicam, & Anglicam linguam totiès verſo, plantarum virtutes ſermone ſatis puro explicentur. P. 30. Arborum Hiſtoriam Joannis Raii in tertio tomo hujus Auctoris Hiſtoriæ plantarum contineri cenſuit, licet is ad finem ſecundi illam rejecerit. P. 32. Belonii opus de arboribus coniferis Petro Belucio tribuit. P. 38. Conſtantinopoli Diſſertationem de plantâ The ab Sponio Medico Lugdunenſi evulgatam eſſe annotavit: ſed prætérquam quòd à nemine ignoratur Artem Typographicam Conſtantinopoli nondum id temporis receptam fuiſſe, ejus opuſculi editio certò Lipſiæ prodiit. P. 64. Nova docet vocabula, quibus impoſterum tyrones expeditiori formulâ hortos penſiles, hortos magnatum, & illos qui arborum ſpecies omnes ferè continent, deſignare poterunt, primos ſcilicet *Semiramidem*, alteros *Tantalum*,

talum, ultimos verò *Paradiſum* vocando. Nimis longum eſſet errores notare qui in citandis impreſſionum annis ipſi exciderunt: editionem alteram quam promittit auctor purgatam ſperamus. Ne tamen ſint qui putent me quodam livore in hunc librum ferri, in multis illum laudo, ex eoque nonnullorum librorum Septentrionalium notitiam hauſi, quæ me omninò fugiſſet, niſi hoc Catalogo uſus eſſem. Diſſimulari tamen nequit Auctorem ſæpius adeo conciſè loqui, ut intelligi vix poſſit, multoſque omiſiſſe quos depromère poterat ab iis ipſis quos memorat. In Diariis Trevoltianis anni 1736. de quadam Botanica Bibliotheca à D. Bruchmanno Medicinæ Doctore promiſſa mentio invenitur, quæ num prodierit, ignoro. Inter Rei Herbariæ Catalogos, reique ruſticæ Scriptorum, Medicorum Bibliothecas, Lindenii, Lipenii, Almelovenii, Mangeti, non retuli, nec eam quoque Hiſtoriæ Naturalis Scheuchzeri, cum illorum ſcopus fuerit, omnia opera medica recenſere: quamobrem quod habent de Botanicâ, acceſſio quædam eſt. A Mangeto ſæpe ſæpius diſſentio, quoniam editionum anni frequenter in ejus Bibliotheca malè citantur, quod correctoribus potiuſquàm viro diligenti tribuo.

ΤΩι ΦΙΛΤΑΤΩι ΑΝΔΡΙ ΙΩΑΝΝΗι ΦΡΑΓ-
ΚΙΣΚΩι ΣΕΓΥΗΡΙΩι ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΟΤΑ-
ΝΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΑΥΤΟΥ.

Καὶ σύγε πολλ' εἰδὼς, Σεγυήριε, ἠδὲ μογήσας
Πολλ', ἄνυσας βίβλον τήνδ' ἐϋχρηστοτάτην.
Τῷ ῥ' ἀμφισβητοῦσι δικαίως, ὁπποτέρου σε
Μᾶλλον θαυμάζωσ', ἢ πόνου, ἢ διδαχῆς,
Οἷσιν Φιλλυρίδεω τέχνη μέλει. ἀλλὰ μόνον γε
Σφόδρα σε θαυμάζουσ' ἀμφοτέροισιν ἔπι.

Γέραρδος Ἰάκωβος ὁ Σουινδενιός.

Additio ad Paginam quartam.

JOANNES AMMANUS, Medicinæ Doctor & Botanices Profeſſor Petropolitanus, Academiarum Petropolitanæ & Londinenſis Socius.

Stirpium rariorum in Imperio Rutheno ſponte provenientium Icones & Deſcriptiones. *Petropoli, è Typographia Academica*, 1739, *in* 4. Icones 35.

EXPLI-

EXPLICATIO NOTARUM

quibus Bibliothecæ & Opera in hoc Catalogo citata deſignantur.

A.

ACT. *Ac. Sc. Par.* Acta Academiæ Scientiarum Pariſienſis, Gallicè edita.

Act. Er. Lipſ. Acta Eruditorum Lipſiæ edita.

Act. Hafn. Acta Hafnienſia.

Act. Lit. Suec. Acta Literaria Sueciæ.

Allat. Ap. Urb. Allatii Apes Urbanæ.

B.

BAI. *Biogr. Prof. Altorf.* Baieri Biographiæ Profeſſorum Altorfenſium.

Barth. de ſcript. Dan. Bartholinus de ſcriptis Danorum.

Baudel. cat. Bibliothecæ Baudelotii catalogus.

Bibl. Belg. Valeri Andreæ Bibliotheca Belgica.

—— *Bigot.* Bibliothecæ Bigotianæ catalogus.

—— *Bultel.* Bibliothecæ Bultellianæ catalogus.

—— *Cæſar.* Bibliotheca Cæſarea Viennæ.

—— *Card. Imper.* Bibliothecæ Cardinalis Imperialis catalogus.

—— *Duc. Marleb.* Bibliotheca Ducis Marleborough Londini.

—— *Duc. Norfolc.* Bibliothecæ Ducis Norfolckii catalogus.

—— *Dubois.* Bibliothecæ Duboiſianæ catalogus.

—— *Eugen.* Bibliotheca Principis Eugenii Viennæ.

—— *Fayan.* Bibliothecæ Fayanæ catalogus.

—— *Francof.* Bibliothecæ Francofurtenſis catalogus.

—— *S. Gen.* Bibliotheca S. Genovevæ Pariſiis.

—— *S. Georg.* Bibliotheca S. Georgii Venetiis.

—— *Germ.* Bibliotheque Germanique.

Germ. vel *S. Ger.* Bibliotheca S. Germani à pratis Pariſiis.
—— *S. Mar.* Bibliotheca S. Marci Venetiis.
—— *Maz.* Bibliotheca Mazariniana Pariſiis.
—— *Menar.* Bibliothecæ Menarſianæ catalogus.
—— *Oxon.* Bibliothecæ Oxonienſis catalogus.
—— *Oxon. Wimpl.* Bibliotheca Com. Oxonienſis, *Wimple* juxta Londinum.
—— *Paav.* Bibliothecæ Paavii catalogus.
—— *Paſſion.* Bibliotheca Cardinalis Paſſionæi Romæ.
—— *R.* Bibliotheca Regia Pariſiis.
—— *Rivin. cat.* Bibliothecæ Rivinianæ catalogus.
—— *Teller.* Bibliothecæ Tellerianæ catalogus.
—— *Thuan.* Bibliothecæ Thuanæ catalogus.
—— *du Verd.* Bibliotheque Françoiſe de du Verdier.
—— *S. Vict.* Bibliotheca S. Victoris Pariſiis.
—— *Wilenb.* Bibliothecæ Wilenbroukianæ catalogus.
Bum. Bibl. Bot. Bumaldi Bibliotheca Botanica.

C.

C*AT. Camer.* Catalogus ſcriptorum rei ruſticæ Joachimi Camerarii.
—— *Bibl. Ac. Lugd. Bat.* Catalogus Bibliothecæ Academiæ Lugduno-Batavæ.
—— *Bibl. Matfeld.* Catalogus Bibliothecæ Matfeldienſis.
—— *Needh.* Needhami ſcriptorum Geoponicorum Catalogus.
—— *Saib.* Catalogo de'Libri della Libreria Saibante in Verona.
—— *Scheuch.* Scheuchzeri Scriptorum hiſtoriæ naturalis catalogus.
—— *Siml.* Simleri catalogus.
Cat. Vulp. Catalogus editionum A. Corn. Celſi à J. B. Vulpio editus.
Comment. Ac. Sc. Bon. Commentarii Academiæ Scientiarum Bononienſis.
Commerc. liter. Commercium literarium.

F. FA-

F.

FABR. *Bibl Lat.* Alberti Fabricii Bibliotheca Latina.
—— *Bibl. Gr.* Ejuſdem Bibliotheca Græca.
—— *Bibl. med. & inf. Lat.* Ejuſdem Bibliotheca mediæ & infimæ Latinitatis.
Falc. D. Falconeti Medici Bibliotheca Pariſiis.

G.

GESN. *de lib. à ſe edit.* Geſneri catalogus librorum ā ſe editorum.
Gior. de' Letter. Giornale de' Letterati Venezia.
Gron. Joan. Frider. Gronovii Bibliotheca Lugduni Batavorum.

K.

KONIG. *cat.* Catalogus librorum botanicorum venalium Baſileæ ap. Jo. Georg. Königium an. 1719.

L.

LIND. Lindenii Catalogus Scriptorum Medicorum.
Lin. Bibl. Bot. Caroli Linnæi Bibliotheca Botanica.

M.

MAF. *Trad. Ital.* Scip. Maffeii *Traduttori Italiani.*
Maitt. Annal. Typ. Maittairii Annales Typographici.
Mandos. Th. Arch. Mandoſii Theatrum Archiatrorum.
Manget. Bibl. Mangeti Bibliotheca Scriptorum Medicorum.
Mead. Richardi Mead Medici Bibliotheca Londini.
Mém. de l'Ac. des Sc. Mémoires de l'Académie des Sciences de Paris.
Merckl. Merklinii Lindenius renovatus.
Miſc. Ac. Nat. Cur. Miſcellanea Academiæ Naturæ Curioſorum.
Moller. Bibl. Sept. Joannis Molleri Bibliotheca Septentrionalis.
Moller. ſuppl. Molleri Supplementum ad Bartholinum de ſcriptis Danorum.
Mongit. bibl. Sic. Mongitorii Bibliotheca Sicula.

N. NI-

N.

NICER. *vie des Hom. Ill.* Niceron vie des Hommes Illuſtres.

Nic. Ant. Nicolai Antonii Bibliotheca Hiſpanica.

Not. de' lib. rar. Notizia de' libri rari nella lingua Italiana.

O.

ORL. *orig. della Stamp.* Orlandi origine della Stampa.

P.

PHIL. *Tranſ.* Philoſophical Tranſactions, ſive Acta Regiæ Academiæ Londinenſis.

S.

SCHEFF. *Suec. lit.* Schefferi Suecia literata.

Scheuchz. Phyſ. ſacr. Scheuchzeri Phyſica ſacra.

Scot. Bibl. Hiſp. Andreæ Scoti Bibliotheca Hiſpanica.

Sloan. D. Hans Sloane Medici Bibliotheca Londini.

Spic. vet. Sec. XV. Edit. P. M. Spicilegium veterum Seculi XV. Editionum. *MS.*

T.

TOP. *Bibl. Neap.* Toppii Bibliotheca Neapolitana.

Tourn. Iſag. I. R. H. Tournefortii Iſagoge Inſtitutionum Rei Herbariæ.

Z.

ZOD. *Med. Gal.* Nicolai de Blegny Zodiacus Medico-Gallicus.

BIBLIOTHECÆ BOTANICÆ

PARS PRIMA,

CONTINENS

INDICEM LIBRORUM REI HERBARIÆ.

A.

ACCORAMBONUS [*Felix*] Scriptor XVI. Seculi.

Sententiarum difficilium Theophraſti in lib. de Plantis explicatio. *Romæ* 1590. *in fol.* Ex Lind. cat. de Scrip. Med.

ALBERTUS [*Michael*] Norimbergenſis, Academiæ Naturæ Curioſorum Socius, *Andromicus I.* vocatus, Medicinæ & Philoſophiæ Profeſſor Hallenſis.

De Roremarino Diſſertatio inauguralis, reſp. Jo. Wilhel. Sparmann Dreſdenſi. *Halæ*, *typis Chriſt. Henckelii.* 1718. *in* 4.

De Squilla Diſſertatio inauguralis, reſp. Jo. Gothofr. Richter Jæneſchwaldens. *Halæ*, *typis Henckelianis.* 1722. *in* 4.

ALBERTUS [*Salomon*] Medicinæ Profeſſor Witebergenſis.

Orationes tres: I. de cognitione herbarum tyroni Medicinæ apprimè ne-

ceſſaria. II. de Moſchi natura & efficacitate. III. de diſciplina anatomica. *Norimbergæ, ex officina Gerlachiæ.* 1585. *in* 8.

ALBINUS [*Bernardus*] Regis Poloniæ Proto-Medicus.

De Thee Diſſertatio inauguralis, reſpondente Joan. Melch. Genge. *Francofurti ad Viadr.* 1684. *in* 4. Ex cat. bib. Matfeld. n. 2786.

De Tabacco Diſſertatio inauguralis, reſpondente Joan. Theop. Letſchio. *Ibidem.* 1695. Ex eod. n. 2786.

ALDINUS [*Tobias*] Ceſenatenſis, Card. Odoardi Farneſii Medicus.

Exactiſſima deſcriptio rariorum quarumdam Plantarum quæ continentur Romæ in horto Farneſiano. *Romæ, typis Jacobi Maſcardi.* 1625. *in fol.* cum figur.

ALDROVANDUS [*Ulyſſes*] Bononienſis. Obiit an. 1605.

Dendrologiæ naturalis, ſcilicet Arborum Hiſtoriæ libri duo. Sylva glandaria, acinoſumque Pomarium. Opus ab Ovidio Montalbano Medicinæ Profeſſore Bononienſi concinnatum. *Bononiæ, typis Johan. Bapt. Ferronii.* 1668. *in fol. cum figur.*

Ad hoc opus duas Appendices deinde adjecit Montalbanus.

—— Francofurti, *typis Blaſii Ilſnerii.* 1671. *in fol.*

ALEXANDER [*Benedictus*] Medicus Veronenſis. *vid.* Plinium.

ALEXANDER [. . . . . .] Gallus, Chirurgus in urbe *Quebec* Americæ.

Obſervation ſur un arbriſſeau d'Amérique qui porte de la Cire. *Mémoir. de l'Acad. des Scien.* an. 1729. Hiſt. p. 39.

Que la ſenſitive eſt héliotrope. *In iiſd.* an. 1729. p. 35.

ALMELOVEEN [*Theodorus Janſonius ab*] *vid.* van Rheede.

ALPAGUS [*Andreas*] Bellunenſis.

De Limonibus tractatus Embitar Arabis, Latinitate donatus. *Pariſiis, Petr. Chevalier.* 1602. in 4. B. R.

Baitar, Ibnu-el-baitar, Abenbitar, Ebenbitar, Embitar, & Abdullah ben Ahmed natus eſt Malacæ. Obiit an. Chr. 1216.

Tomaſin. Ill. vir. vit.

ALPINUS [*Proſper*] Maroſticæ in agro Vicentino natus an 1553. Obiit an. 1616.

De Rhapontico diſputatio in Gymnaſio Patavino habita, in qua Rhapontici planta, quam hactenus nulli viderunt, Medicinæ ſtudioſis ob oculos ponitur, ipſiuſque cognitio expenditur. *Patavii, Petr. Bertelius.* 1612. *in* 4. cum figura Rhapontici.

Mangetus in Bibliot. Scriptorum Medicorum editionem citat anni 1622. num bene?

De Balſamo dialogus, in quo veriſſima Balſami plantæ, Opobalſami, Car-

Carpobalſami, & Xilobalſami cognitio pleriſque antiquorum atque juniorum Medicorum oculta, nunc eluceſcit. *Venetiis*, 1591. *in* 4.

Raius in Præf. Hiſtor. Plantarum editionem memorat an. 1594. in 4. Hic Dialogus extat etiam cum libro de Plantis Ægypti edito an. 1592. & 1640. & cum alio ejuſdem auctoris de Medicina Ægyptiorum an. 1719. Antonius *Colin*, Pharmacopola Lugdunenſis, hunc in linguam Gallicam vertit. *Vid.* Colin. Joannes Veſlingius Opobalſamum Antiquis cognitum fuiſſe contendit. *Vid.* Veſlingium.

De plantis Ægypti liber, in quo non pauci qui circa herbarum materiam irrepſerunt errores deprehenduntur. *Acceſſit* liber de Balſamo. *Venetiis, Franciſcus de Franciſcis.* 1591. *in* 4.

Raius in hunc Annotationes fecit, quæ extant in Itineribus ab eo collectis. tom. 2.

—— Venetiis, *apud eumdem.* 1592. *in* 4. B. R.

—— Venetiis, *apud eundem.* 1633. *in* 4. Ex cat. Scheuckz.

Johannis Veſlingii Mindani, in Patavino Gymnaſio Anatomiæ Profeſſoris, obſervationes & notæ ad Proſperum Alpinum, cum additamento aliarum plantarum ejuſdem regionis. *Patavii, Paullus Frambottus.* 1638. *in* 4.

Raius ex iſto libro catalogum plantarum Ægyptiarum compoſuit. *Vid.* Raium.

—— Patavii, *apud eundem.* 1639. *in* 4. Ex cat. Bibl. Card. Imper.

—— Editio altera emendatior, cum ejuſdem notis. *Ibidem, apud eumdem.* 1640. *in* 4. B. R.

—— Lugduni Batavorum, cui acceſſit Hiſtoria naturalis Ægypti: *apud Gerard. Potvliet.* 1735. *in* 4.

De plantis exoticis libri duo, Opus editum cura Alpini Alpini, Proſperi filii. *Venetiis, apud Joan. Guerilium.* 1627. *in* 4.

Alpinus Alpinus Botanicam profeſſus eſt ab anno 1633. *uſque ad* 1637. *quo peſte periit.* Tomaſin. p. 95.
Hic liber nonnumquam reperitur cum nota ann. 1629. & 1656. fraude Bibliopolæ, qui, nihil in opere mutato, novam editionem his ementiri conabatur.

De medicina Ægyptiorum libri IIII. *Acceſſ.* liber de Balſamo, & Bontii opus de medicina Indorum. *Lugduni Batavorum.* 1719. *in* 4.

AMATUS Luſitanus, cujus verum nomen eſt Joannes *Rodriguez de Caſtel blanco. vid.* Dioſcoridem.

AMBROSINUS [*Bartholomæus*] Horti Botanici Bononienſis Præfectus. Obiit anno 1657.

De Capſicorum varietate, cum ſuis iconibus, brevis hiſtoria: *cui acceſſit* Panacea ex herbis quæ à Sanctis denominantur. *Bononiæ, apud her. Victorii Benatii.* 1630. *in* 12.

AMBROSINUS [*Hyacinthus*] Bartholomæi frater, Botanices Profeſſor Bononienſis.

Hortus ſtudioſorum, ſive Catalogus arborum, fruticum, ſuffruticum, ſtirpium, & plantarum, quæ anno 1657. in ſtudioſorum horto publico Bonon. coluntur. Acceſſit XIII. plantarum, hactenus non ſculptarum, hiſtoria. *Bononiæ, typis Jo. Bapt. Ferronii.* 1657. *in* 4.

Phytologia, hoc eſt, de Plantis, Partis primæ Tomus primus, in quo

 her-

herbarum noſtro ſeculo deſcriptarum nomina æquivoca, ſynonyma, ac etymologica inveſtigantur: additis aliquot plantarum vivis Iconibus, Lexicoque Botanico, cum Indice trilingui. *Bononiæ, ſumpt. her. Evangeliſtæ de Ducciis.* 1666. *in fol.*

Opus imperfectum remanſit, Auctore morte ſublato: & altera pars nunquam prodiit.

Theſes Iatrobotanicæ. *Bononiæ, typis Caroli Maliſardi, in* 4. Bumal. bib. bot.

AMMANNUS [*Paullus*] Vratiſlavienſis, Academiæ Naturæ Curioſorum Socius, *Dryander* vocatus, Medicinæ Profeſſor Lipſienſis. Obiit Pridie Nonas Febr. 1690.

Supellex Botanica, hoc eſt, enumeratio Plantarum quæ in horto Medico Academiæ Lipſienſis, ſed etiam in aliis circa urbem viridariis, pratis, ac ſylvis &c. progerminare ſolent: cui acceſſit brevis ad materiam Medicam manuductio. *Lipſiæ, apud Johannem Chriſtianum Tarnovium.* 1675. *in* 8.

Character plantarum naturalis à fine ultimo videlicet fructificatione deſumptus, præmiſſo fundamento methodi genuinæ cognoſcendi plantas. *Lipſiæ, apud eundem.* 1676. *in* 12.

—— Francofurti, *apud Nicolaum Scipionem.* 1685. *in* 12.

—— Lipſiæ, auctior, *apud Jo. Chr. Tarnovium.* 1686. *in* 12.

—— Francofurti ad Mœnum, cum notis Danielis Nebolii. 1701. *in* 12.

Demonſtratio Plantarum nova. *Ex* Cat. bib. Baudelot.

Boſius Senator Reip. Lipſiens. Hortus Boſianus, quoad exotica ſolum deſcriptus. *Lipſiæ, typis Krügerianis.* 1686. *in* 4. Sloan.

De Bandura Zingalenſium, ſeu Priapo vegetabili monorchi, Obſervatio. *Ext. in* Miſc. Ac. Nat. Cur. Dec. II. an. I. Obſ. 23.

Antiquartii Peruviani hiſtoria, Diſſertatio inauguralis, Præſide Paullo Ammanno propugnata à Chriſtophoro Rothmann Lygio-Siles. *Lipſiæ, typ. Joan. Wittiagau.* 1663. *in* 4. Sloan.

AMMONIUS [*Joannes Agricola*] Medicus, & Linguæ Græcæ Profeſſor Ingolſtadienſis, celebris circa finem XV. Seculi.

Medicinæ herbariæ libri duo, quorum primus habet herbas hujus ſeculi Medicis communes cum veteribus, Dioſcoride videlicet, Galeno, Oribaſio, Paullo, Ætio, Plinio, & horum ſimilibus. Secundus ferè à recentibus Medicis inventas continet herbas, atque alias quaſdam præclaras medicinas, ut quæ poſt Galenum vel inveſtigatæ ſunt, vel in uſum medicum pervenerunt. *Baſileæ, apud Bartholom. Weſthemerum.* 1539. *in* 12. B. S. Ger.

Annotationes in Myrepſium &c. *Vide* Myrepſium.

l. 18. c. 16. AMPHILOCHUS Athenienſis, teſte Plinio, librum de avena & cytiſo confuſim fecerat.

ANDLA [*Anchiſes ab*]

De Mentha Epiſtola. *Roterodami.* 1665. *in* 8. cum aliis Doct. virorum Epiſtolis edita.

ANDREAS [*Joannes*] Epiſcopus Alerienſis in inſula Corſica. *Vide* Plinium.

ANGUILLARA [*Ludovicus*] Patavii Botanices Profeſſor anno 1561.

Semplici di Luigi Anguillara, li quali in più pareri a diverſi nobili uomini ſcritti appaiono; e novamente da Giovanni Marinello mandati in luce. *Vinegia, appr. Vinc. Valgriſi.* 1561. *in* 4. Pareri 14.

—— gli ſteſſi. *Venezia, preſſo il medeſimo.* 1561. *in* 12.

Hæc editio duabus figuris auctior evaſit, *Chamæleontis* ſcilicet & *Sedi arboreſcentis.*

In Latinum verſus, cum notis Caſparis Bauhini. *Baſileæ, apud Henric. Petrum.* 1593. *in* 8.

ANTONIUS Toletanus, Medicus Lugdunenſis. *Vid.* Dioſcoridem.

APINUS [*Johannes Ludovicus*] Suevus, natus in oppido *Origen.* XIII. Kal. Decembris an. 1668. Academiæ Naturæ Curioſorum Socius, *Nonus* vocatus, Profeſſor Medicinæ Altorfii. Obiit V. Kal. Novembris an. 1703. Baier. vit. Prof. Altorf.

De Citro in Citro obſervatio. *Ext. in* Miſcel. Acad. Nat. Cur. Decur. III. an. IV. Obſ. 24.

AQUILANUS [*Maximus*]

Origine, qualità, e ſpezie, de' Peponi, e altro. *Firenze.* 1602. *in* 4.

ARETIUS [*Benedictus*] Bernatenſis, Theologiæ, & Linguæ Græcæ Profeſſor in Univerſitate Bernatenſi. Obiit XI. Kalend. Maii an. 1574.

Stockhornii & Neſſi in Bernatium ditione Helvetiorum montium, & naſcentium in eis ſtirpium, brevis deſcriptio. *Ext.* cum hiſtoria plantarum Val. Cordi. *Argentinæ, & Tiguri, apud Andream Geſnerum.* 1561. *in fol.*

ARISTOTELES Stagirita, natus an. ante Chr. 384. Obiit ant. Chriſt. 322. Fabr. Bib. Gr. l. 3. c. 6.

Huic Philoſopho περὶ φυτῶν βιβλία β *tribuuntur, de quibus loquitur Laertius* l. v. c. 25. *& ipſemet Ariſtoteles, ſed qui nunc extant pro ſpuriis ab omnibus habentur.* l. v. Hiſt. anim.

Primum impreſſi ſunt cum Geoponicis. *Baſileæ, apud Robert. Winter.* 1539. *in* 8. 1589. è cat. bib. Bodleian.

—— Deinde cum operibus Theophraſti. *Baſileæ.* 1541. *in fol.*

—— Cum interpretatione Julii Cæſaris Scaligeri, Græcè & Latinè. *Pariſiis, typis Regiis.* 1619. *in fol.*

Extant etiam in multis editionibus operum Ariſtotelis.

AROMATARIUS [*Joſephus*] ex urbe Aſſiſiis.

Diſputatio de generatione plantarum, & de rabie contagioſa. *Venetiis, per Jacobum Sarzinam.* 1625. *in* 4. Ex cat. bib. Card. Imp.

Hic primum docuit principia animalium eſſe in ovo, & plantarum in ſemine, ſecundum Ariſtotelem.

—— Francofurti, apud *Wolfg. Hoffmannum.* 1626. *in* 4. Ex Manget. bib. ſcrip. Med.

An Epiſtle concerning the ſeeds of Plants, and generation of Animals. *Ext. in* Tranſ. Phil. n. 211.

ASTRUC [*Joannes*] Regis Poloniæ, & Ducis Aurelianenſis Medicus, Medicinæ Profeſſor Pariſienſis.

Conjectures ſur le redreſſement des plantes inclinées à l'horiſon. *Mém. de l'Acad. des Scien.* an. 1708.

AXTIUS [*Joannes Conradus*] Medicus.

Tractatus de arboribus coniferis, & Pice conficienda, aliiſque ex illis arboribus provenientibus. *Acceſſit* Epiſtola de Antimonio. *Jenæ, typis Samuelis Krebſii.* 1679. *in* 12. Sloan.

B.

BACCANELLUS [*Joannes*] Rhegienſis.

Liber de conſenſu Medicorum in cognoſcendis Simplicibus. *Lutetiæ, apud Carolum Stephanum.* 1554. *in* 12.

—— Venetiis. 1555. *in* 8.

—— Ibidem. 1556. *in* 8. Ex cat. bib. Bodlei.

—— Ibidem, *apud Juntas.* 1558. *in* 16.

—— Lugduni, cui acceſſit liber ejuſdem Auctoris, de conſenſu Medicorum in cognoſcendis morbis. *Apud Honoratum.* 1572. *in* 16. Falc.

Biogr. Prof. Altorf.

BAIERUS [*Joannes Jacobus*] Jenæ natus XVIIII. Kal. Febr. an. 1677. Academiæ Naturæ Curioſorum Socius, *Eugenianus* vocatus, Medicinæ Profeſſor in Univerſitate Altorfienſi.

De Viſco Diſſertatio Medico-Botanica, reſpondente Leonardo Friderico Hornung. *Altorfii.* 1706. *in* 4. E cat. bib. Matfeld. n. 2786.

Baierus, qui Catalogum omnium operum ſuorum fecit, Diſſertationem hanc non agnoſcit.

De Iride Diſſertatio Medica inauguralis, reſp. Alberto Heering Wertha-Noric. *Altorfii, typis Jo. Gul. Kohleſii.* 1710. *in* 4. Falc.

—— De ſanguine Draconis Diſſertatio. *Ibidem.* 1712. *in* 4.

—— De malo Punica Diſſertatio. *Ibidem.* 1712. *in* 4.

—— De Millefolio Diſſertatio inauguralis, reſpondente Georgio Jacobo Langio. *Ibid.* 1714, *in* 4. Falc.

—— De Scilla Diſſert. inaug. reſp. Georgio Ludovico Corvino. *Ibid.* 1715. *in* 4. Sloan.

—— De

—— De Aſparago Diſſert. inaug. reſp. Antonio à Clericis. *Ibid.* 1715. *in* 4. Falc.

—— De Lilio convallium. *Ibid.* 1718. *in* 4.

—— De Lupulo Diſſert. inauguralis, reſp. Joanne Ehingers. *Ibid.* 1718. *in* 4.

—— De Ariſtolochia Diſſert. inaug. reſp. Guillelmo Emmanuele Forſter. *Ibid.* 1719. *in* 4. Falc.

—— De Artemiſia Diſſert. inaug. reſp. Gottlob Ephraim Herman, Glogava-Sileſio. *Ibid.* 1720. *in* 4.

—— De Aſaro Diſſertat. inauguralis, reſp. Jo. Chriſtoph. Scheffer. *Ibid.* 1721. *in* 4.

Horti medici Academiæ Altorfienſis Hiſtoria. Accedit ejuſdem Auctoris commemoratio celebriorum Germaniæ hortorum Botanico-Medicorum. *Altorfii.* 1727. *in* 4. cum figura horti. *In eo libro continentur:*

I. De hortis Germaniæ Botanico-Medicis celebrioribus Proluſio.

II. Oratio de origine, progreſſu, & fatis Horti Medici Academiæ Altorfienſis, habita in ſolemni panegyri.

III. Carmen ſeculare, quod ad primum ejuſdem horti feſtum celebratum eſt.

IV. Ludovici Jungermanni Invitatio ad fautores Floræ Altorfinæ.

V. Inſcriptiones in Horto Medico Altorfienſi paſſim legendæ.

VI. Teſtimonia quædam Clar. Vir. de eodem horto.

VII. Carmen quo Societas Philiatrorum congratulata eſt ſeculari memoriæ H. M. A. celebratæ.

VII. Poëma vernaculum, quo eadem Societas hortulani benemeriti jubilæo, in an. 1723. incidenti, applaudere voluit.

De Aloës Americanæ per ſemen ſuum felici propagatione. *Ext. in* Miſcel. Ac. Nat. Cur. Vol. II. Obſ. 177. cum figur.

BAILLARD [*Edmundus*].

Diſcours du Tabac, où il eſt traité particuliérement du Tabac en poudre. *Paris*, *Martin le Preſt.* 1668. *in* 12.

BALDINIUS [*Baccius*]

Tractatus de Cucumeribus. *Florentiæ, apud Bartol. Sermatellum.* 1586. *in* 4. B. Maz.

BANISTER [*Joannes*]

Hujus Herbarium ſiccum aſſervatur Londini, apud D. Hans Sloanum Medicum.

Catalogus Plantarum in Virginia obſervatarum. *Ext.* in tom. 2. p. 1926. Hiſt. Plant. Raii.

The extracts of four letters from John Baniſter to D. Liſter, concerning the Plants of Virginia. *Phil. Tranſ. n.* 198.

An account of the Piſtolochia, or Serpentaria Virginiana. *In iiſdem* n. 247.

BARBARUS [*Hermolaüs*] natus XII. Kalend. Jun. anno 1454. Obiit XIV. Jun. anno 1493. *Vid.* Plinium, Dioſcoridem, *&* Brunfelſium.

BAR-

BARREIRA [*Franciſcus Iſidorus*] Presbyter Luſitanus.

Trattado das ſignificaciões das plantas, flores, e frutos, que ſe riferem na ſagrada Scrittura. *Olyſſipone.* 1622. *in* 4.

D. Juſſiæus vit. auct. præfixit init. operis. Bib. anc. & mod. t. 2. p. 311. Gior. de Letter. an. 1715. art. 7.

BARRELIERIUS [*Jacobus*] Dominicanus. Natus Pariſiis an. 1606. Obiit XVI. Kal. Octobr. an. 1673.

Plantæ per Galliam, Hiſpaniam, & Italiam obſervatæ, iconibus æreis exhibitæ. Opus poſthumum, accurante Antonio Juſſiæo Botan. Profeſſore in lucem editum, & ad recentiorum normam digeſtum. *Pariſiis, apud Stephanum Ganeau.* 1714. *in fol.* Icones 1324. Tab. Conchil. 3.

BARTHOLINUS [*Caſpar*] Thomæ filius.

Anatomia Plantarum. *Ext. in* Act. Hafniens. vol. 4. n. 19.

BARTHOLINUS [*Eraſmus*] Caſparis filius, natus in oppido *Roeskild* Zelandiæ in Dania an. 1625.

De planta ſubterranea ex capulo obſervatio. *Ext. in* Miſcel. Acad. Nat. Cur. Decur. I. an. 2. obſ. 170.

Bib. Hiſt. Natur.

BARTHOLINUS [*Thomas*] natus Hafniæ anno 1616. Obiit an. 1665. vel 1680. ex Scheuchzeri ſententia.

Multa ad plantas attinentia in libro *Ciſta medica* dicto, retulit.

Ciſta medica Hafnienſis. *Hafniæ, apud Petrum Haubold.* 1662. *in* 8. B. R.

De herba oſſifraga Norvegiæ obſervatio. *Ext. in* Miſc. Ac. Nat. Cur. an. 1. obſ. 38.

De Opobalſami notis, & ſuccedaneo. *In iiſdem.* an. 2. obſ. 164.

De variis monſtris plantarum. *Ext. in* Act. Hafn. an. 1671. & 1672. n. 25.

De plantis novis Africanis. *In iiſdem.* an. 1673. n. 24. & obſ. 131.

De plantis noctu odoratis. *In iiſdem.* n. 26.

De Gramine oſſifrago. *In iiſdem.* n. 43. & 90.

De napo Gotlandico. *In iiſdem.* an. 1676. n. 38.

De Moxa. *In iiſdem.* an. 1677. n. 3.

De radice Indorum Niſi. *In iiſdem*, n. 10. cum figur.

De Malva monſtroſa. *In iiſdem.* n. 129. cum figur.

BARUFALDUS [*Hieronymus*] Ferrarienſis, *Academico intrepido* vocatus.

La Tabaccheide, Ditirambo, con le annotazioni dell' iſteſſo autore. *Ferrara, Bern. Pomatelli.* 1715. *in* 4.

BASSÆUS [*Nicolaus*] Typographus Francofurtenſis.

Eicones plantarum, ſeu ſtirpium, arborum nempe, fruticum, herbarum, lignorum, radicum omnis generis, tam inquilinorum quam exoticorum, quæ partim Germania producit, partim ab exteris regionibus allata in Germania plantantur, & in tres partes digeſtæ. *Francofurti ad Mænum.* 1590. *in* 4.

Dum Tabernamontanus volumen alterum hiſtoriæ plantarum componebat, morte ſublatus eſt. Baſſæus tum edidit icones plantarum primi tomi, icones alterius mox editurus.

rus. *Botanologici*, inquit ille, *ipſius priorem tomum, mea nuper opera, typiſque meis, in lucem emiſi, alterum mox additurus, niſi & operis moles & laborum, ſumtuum magnitudo obſtitiſſent. Quoniam verò, haud ita pridem Auctor cum morte vitam commutavit, nondum ad umbilicum perducto opere, ego, ne rei herbariæ ſtudioſi tanto theſauro diutius carere cogerentur, omnium ſtirpium Iccones [tum prioris tomi jam evulgati, tum alterius ſubſecuturi,] unum in volumen certis claſſibus diſtinctum conjeci &c.*

BAUHINUS [*Caſpar*] Baſileæ natus XVI. Kal. Febr. an. 1560. Obiit an. 1624. Nov. liter. Hel. an. 1704.

Aloyſii Anguillaræ de ſimplicibus liber primus, cum notis Caſpari Bauhini. *Baſileæ, apud Henr. Petrum.* 1593. *in* 8.

ΦΥΤΟΠΙΝΑΞ, ſeu enumeratio plantarum ab herbariis deſcriptarum, & plurimarum non deſcriptarum, cum earum differentiis, additis iconibus plantarum aliquot hactenus non ſculptarum. *Baſileæ, apud Sebaſt. Henr. Petrum.* 1596. *in* 4. B. R.

Hic liber continet 2460. plantarum nomina, cum 164. deſcriptionibus plantarum non deſcript. & figur. VIII.

Animadverſiones in hiſtoriam generalem plantarum Lugduni editam. *Item* Catalogus plantarum circiter 400. eo in opere bis terve poſitarum. *Francofurti, apud Melch. Hartmann.* 1601. *in* 4. B. R.

ΠΡΟΔΡΟΜΟΣ Theatri Botanici, in quo Plantæ ſupra ſexcentæ ab ipſo primùm deſcriptæ proponuntur. *Francofurti, typis Paulli Jacobi.* 1620. *in* 4. cum fig. 4. B. R.

—— Baſileæ, *apud Johan. Regem.* 1671. *in* 4.

Continet hic liber, inquit Raius, *multas ſpecies nobis ſuſpectas a plantis ſiccis deſcriptas.* Expl. nom. Hiſt. pl. t. 1. init.

Catalogus plantarum circa Baſileam ſponte naſcentium, cum earumdem ſynonymis, & locis in quibus reperiuntur. *Baſileæ, apud Joan. Jacob. Genathium.* 1622. *in* 12.

—— Ibidem, *apud Joannem Regem.* 1671. *in* 8.

Emmanuel Konigius an. 1696. hunc catalogum juxta Moriſonii & Raii methodos edidit. *Vid.* Konigium.

ΠΙΝΑΞ Theatri Botanici, ſive index in Theophraſti, Plinii, Dioſcoridis, & Botanicorum qui a ſeculo ſcripſerunt opera, Plantarum 6000. nomina cum ſynonymis & differentiis methodicè ſecundum genera & ſpecies proponens. *Baſileæ, apud Ludov. Regem.* 1623. *in* 4.

—— Francofurti, *apud Johannem Regem.* 1671. *in* 4.

Robertus Moriſonius Bauhini errata in Pinace commiſſa reprehendit in libro cui titulus: *Hallucinationes Caſparis Bauhini in Pinace* &c. *Vid.* Moriſonium.
Plures annotationes in hunc librum fecerant Rivinus, & Elsholzius, quæ MSS. extabant in Bibliotheca Rivini, Lipſiæ.

Theatri Botanici ſeu hiſtoriæ plantarum ex veterum & recentiorum placitis, propriaque obſervatione concinnatæ, Liber primus, editus à Joanne Caſpare Bauhino, Caſparis filio. *Baſileæ, typis Johannis König.* 1658. *in fol.* Ex Novis lit. Helv. an. 1704.

—— Baſileæ. 1663. *in fol.* Lin. Bib. bot.

Stirpium aliquot paulo obſcurius denominatarum explicatio; cui acceſſit Hortus Dionyſii Joncqueti. *Pariſiis.* 1659. *in* 4.

Conradi Geſneri epiſtolæ, à Caſpare Bauhino nunc primum editæ.

Hæ multas annotationes de re herbaria continent.

Bauhini curis, optima Matthioli editio prodiit, cum commentario & annotationibus; figuris, deſcriptionibuſque plurimarum plantarum additis. *Vid.* Matthiolum.

Niceron Vies des hom. illuſ. to. 17. BAUHINUS [*Johannes*] Caſparis frater, natus Baſileæ an. 1541. Obiit an. 1613.

De plantis à Divis Sanctiſve nomen habentibus, caput, ex magno volumine de conſenſu & diſſenſu auctorum circa ſtirpes deſumtum. Additæ ſunt Conradi Geſneri epiſtolæ. *Baſileæ, apud Conrad. Waldrick.* 1591. *in* 12. B. R.

1598. Raius. De plantis Abſynthii nomen habentibus, opus deſumtum ex hiſtoria Plantarum Joan. Bauhini. *Item:* Tractatus de Abſinthiis Claudii Rocardi Trecenſis in Campania Pharmacopæi. *Montisbeligardi, typis Jacobi Foillet.* 1593. *in* 8. B. Maz.

Hiſtoria novi & admirabilis fontis balneique Bollenſis in Ducatu Wirtembergico, ad acidulas Goepingenſes. &c. *Libro quarto hujus hiſtoriæ Bauhinus de plantis ibi naſcentibus tractat.* Montisbeligardi, *apud eundem.* 1598. *in* 4.

Mutato titulo iterum prodiit, Johannis Bauhini de aquis medicatis nova methodus, libris quatuor comprehenſa &c. ann. 1605. 1607. & 1612. *Qua fraude multi decepti, duos libros ex uno fecerunt, etſi nihil aliud mutatum ſit quàm editionis annus & titulus.*

—— Idem liber in linguam Germanicam verſus à Davide Forſter. *Stugardiæ* 1602. *in* 4. Ex Scheuchz. bib. hiſt. nat.

Johannis Bauhini & Johannis Henrici Cherleri hiſtoriæ plantarum generalis novæ Prodromus. *Ebroduni. Societas Caldorina.* 1619. *in* 4.

Hiſtoria plantarum univerſalis nova, & abſolutiſſima, cum conſenſu & diſſenſu circa eas; Auctoribus Joh. Bauhino, & Joh. Cherlero; recognita & aucta à D. Chabræo: juris vero publici facta à Franciſco Ludovico a Graffenried Dom. Gertzenzee; continens deſcriptiones ſtirpium, figuras novas &c. ſynonima, præcipuarum linguarum appellationes &c. Notantur errores eorum, qui de Plantis ſcripſerunt. *Ebroduni.* tomi III. Primus an. 1650. ſecundus & tertius an. 1651. *in fol.* Falc.

Moriſonius in hos tres tomos Animadverſiones fecit. *Vid.* Moriſonium.

BAUTMANNUS [*Joſephus Chriſtophorus*] Medicus.

De Pyris monſtroſis obſervatio. *Ext. in* Miſc. Acad. Nat. Cur. Dec. II. an. VIII. obſ. 52.

BEAUMONTIUS [*Joahnes*] Anglus, in vico *Stonyeaſton* dicto, natus.

Two letters concerning rock plants, and their growth. *Ph. Trans.* n. 129.

A further account of ſome rock plants, growing in the Load mines of Mendip-hills. *Ph. Trans.* n. 150.

BECI-

BECICHEMUS [*Marinus*] *Vid.* Plinium.

BECK [*Michael*] Ulmenſis. Theologiæ Profeſſor.

De Uva magna Chananea diſſertatio inauguralis, reſp. Simone Groſs Ulmenſi. *Jenæ* 1679. *in* 4.

BECKERUS [*Joannes Conrardus*] Medicus Alsfeldienſis. *Vid.* Valentinum.

BECMANNUS [*Johannes Chriſtophorus*]

Catalogus plantarum in tractu Francofurtano ſponte naſcentium. *Ext. in* Admir. Francof. p. 72. *Francofurti ad Oder.* 1676. *in* 4. B. R.

BEHRENS [*Georgius Henningius*] Medicus in oppido Nordhauſen.

Hercynia curioſa, hartz-wald, das iſt ſonderbahre beſchreibung und bezeichnen derer curiöſen holenſeen, brunnen, bergen, und vielen andern und auf dem hartz vorhandenen dendtuürdigen ſachen, mit unterſchiedenen nütſlichen, und ergetſlichen medicinifchen, phyſicaliſchen, und hiſtoriſchen anmerckungen denen liebhabern ſolcher curioſitaten zur luſt. *Nordhauſen. Carl. Chr. Nevenhahn.* 1703. *in* 4.

BEJERUS [*Gothofredus*] Jenenſis.

De Aloë diſſertatio. *Jenæ.* 1670. *in* 4. *Vid.* Fridericum.

BELLEVAL [*Richier de*] Botanices Profeſſor Monſpelienſis.

Ονοματολογια, ſeu nomenclatura ſtirpium quæ in horto Regio Monſpelienſi coluntur. *Monſpelii, apud Joan Giletum* 1598. *in* 12. B. R.

Deſſein touchant la recherche des plantes de Languedoc. *Montpellier. Jean Gilet.* 1605. *in* 4. *cum V. fig. plant.* B. R.

Remontrance & ſupplication au Roy Henry IV. touchant la continuation de la recherche des plantes de Languedoc, & peuplement de ſon jardin de Montpellier. *in* 4. *cum* 3. *fig. plant.* B. R.

BELLOCIRIUS [*Petrus*] *Vid.* Plinium.

BELLUCIUS [*Thomas*] Piſtorienſis, Horti Piſani Præfectus, & Botanicæ Profeſſor.

Plantarum index horti Piſani, cum appendice Angeli Donninii Florentini. *Florentiæ.* 1662. *in* 12.

BELLUS [*Bartholomæus*]

Deſcriptio Aniſi ſtellati.

BELLUS [*Honorius*] Medicinam primùm Vicentiæ, & deinde Cydoniæ in inſula Cretæ fecit.

Epiſtolæ aliquot ad Carolum Cluſium de variis ſtirpibus agentes. *Ext.* cum hiſt. rar. plant. Cluſii. *Vid.* Cluſium.

Stirpes inſignes ab eo in Creta obſervatæ. *Ext.* cum deſcriptione Baldi Joan. Ponæ. *Vid.* Ponam; & in libro Joan. Raii *Stirpium Europæarum* &c. *Vid.* Raium.

BELONIUS [*Petrus*] Cenomanus, Medicinæ Doctor Pari-

Pariſienſis, natus in vico *Oyſay*, vel *Foulletourte*, Cenomanenſium Provinciæ. Obiit Romæ an. 1555. ætat. ſuæ 65.

De arboribus coniferis, reſiniferis, aliis quoque nonnullis ſempiterna fronde virentibus; cum earumdem iconibus ad vivum expreſſis. *Item* de Melle, Cedrino, Cedria, Agarico, Reſinis, & iis quæ in coniferis proficiſcuntur. *Pariſiis, apud Benedictum Prevoſt.* 1553. *in* 4. Jungitur liber de medicato funere, & de admirabili opere antiquorum.

Les obſervations de pluſieurs ſingularités, & choſes mémorables trouvées en Grece, en Aſie, Judée, Egypte, Arabie &c. *Paris. Gilles Corrozet.* 1553. *in* 4.

—— Les mêmes revûës & augmentées de figures. *Paris. Benoit Prevôt.* 1554. *in* 4.

—— Les mêmes, *Paris. Guillaume Cavelat.* 1555. *in* 4.

—— Les mêmes, *Anvers. Plantin.* 1555. *in* 8.

—— Les mêmes, *Paris. Jerome Marnef.* 1588. *in* 4. *Hæc editio eadem eſt ac illa anni* 1555. *figuris tamen inferior.*

—— Eædem in Latinum verſæ à Car. Cluſio. *Antverpiæ. Plantinus.* 1589. *in* 12. additis nonnullis figuris.

Extant etiam cum Exoticis ejuſdem Cluſii, impr. *Antverpiæ an.* 1605. *in fol.*

Portraits d'herbes, oyſeaux, ſerpens &c. *Paris. André Sittart.* 1618. *in* 4. Bib. S. Genov.

Quindecim rudiores plantarum figuræ ſolum reperiuntur in hoc libro, quæ extant etiam cum aliis operibus Cluſii.

Raius in itineribus à ſe collectis Catalogum plantarum ex Cluſii operibus deſcriptarum in unum contulit. *Vid.* Raium.

BENEDICTUS [*Alexander*] *Vid.* Plinium.

BERCHOIRE, vel *Berchore*, ſive *Bercheure*, ſive *Bercheur* [*Petrus*] Pictavienſis, Monachus Ordinis S. Benedicti, & Prior S. Eligii, Pariſiis. Obiit an. 1362.

De plantis agit in libris XII. & XIV. ſequentis operis.

Reductorii moralis libri XIV. perfectam officiorum atque morum rationem, ac pene totam naturæ complectentes hiſtoriam; nuſquam hactenus excuſi gentium &c. *Daventriæ*, 1477, *in folio*; *ac poſtea variis vicibus Sec. XV.* Spic. vet. Sec. XV. Edit.

—— Iidem. *Pariſiis, apud Claudium Chevallon*, 1521, *in folio.* Falc.

—— Editio altera, cui adjectus eſt Index. *Venetiis. apud Caſpar Bindonum.* 1589. *in fol.*

BERGHUIS [*Henricus*] Groningenſis.

De Fabis diſputatio Philologica, Præſide Adamo Meſſonio Iſink, in Academia Groningæ Profeſſore. *Groningæ. Joan. Barlink-hof.* 1712. *in* 4. Gron.

BERINGERUS [*Joannes Adam*] & *Antonius* DERCUM, Medicinæ Profeſſores Herbipolenſes.

Plantarum quarumdam exoticarum perennium in horto medico Herbipolenſi anno 1721. erecto catalogus. *Herbipoli* 1722. *in fol.*

BER-

BERNERUS [*Gottlieb Ephraim*] Medicinæ Profeſſor in Academia Duisburgenſi, & Acad. Nat. Cur. Socius.

De germinatione vegetabilium in vegetabili Obſervatio. *Ext. in* Miſc. Acad. Nat. Cur. vol. II. obſ. 72.

BERNHARDUS *de Bernitz* [*Martinus*] Regis Poloniæ Chirurgus.

Catalogus Plantarum tam exoticarum quam indigenarum, quæ anno 1651. in hortis Regiis Warſaviæ, & circa eamdem in locis ſylvaticis, pratenſibus, arenoſis, & paludoſis naſcuntur. *Dantiſci, apud Molleros.* 1652. *in* 12.

Tres in hoc libro continentur Catalogi. I. plantarum in horto ſuburbii Warſovienſis cultarum. II. plantarum alterius horti juxta arcém. III. illarum quæ circa urbem proveniunt.

De Orchidum, ſeu Satyrionum ſpeciebus ſingularibus Obſervatio. *Ext. in* Miſc. Ac. Nat. Cur. an. II. obſ. 41.

De Napello in Polonia non venenoſo. *In iiſdem.* obſ. 42.

De facie larvata in Muſco pulmonario, ubi quædam de Muſco in genere. *In iiſdem.* obſ. 41. & in ſcholiis ad eam.

De Muſco terreſtri, repente, monſtroſo. *In iiſdem.* obſ. 52.

De Ruta muraria, & Muſco cruſtaceo in cranio humano. *In iiſdem.* obſ. 53.

De Fungo monſtroſo in alveario invento. *In iiſdem.* obſ. 54. & in ſcholiis ad eam.

BEROALDUS [*Philippus*] *Vid.* Plinium.

BESLERUS [*Baſilius*] Pharmacopola Norimbergenſis, natus an. 1561. Baier. vit. Prof. Altorf. in vit. Jungerm.

Hortus Eyſtetenſis, ſive diligens & accurata omnium plantarum, florum, ſtirpium, ex variis orbis terræ partibus collectarum, quæ in celeberrimis viridariis, arcem Epiſcopalem cingentibus, hoc tempore conſpiciuntur delineatio, & ad vivum repræſentatio. In quatuor partes diviſus. 1613. *in fol. max. fig.* 1533. Falc.

Ludovicus Jungermannus in Univerſitate Gieſſenſi Profeſſor hujus operis auctor vulgo habetur, cum Beſlerus illiteratus eſſet, tum adeo rudis ut Præfationem componere nequivit, quam Hieronymus frater ſuus ſcripſit. *Vid.* Baieri vitas Prof. Altorf.

—— Curis ſecundis, auſpiciis Marquardi II. Epiſcopi Eiſtetenſis. 1640. *in fol. Hæc editio figuris rudioribus primæ inferior eſt.*

Faſciculus rariorum & adſpectu dignorum varii generis. *Norimbergæ.* 1616. *in* 4. B. R.

Nonnullæ marinæ plantæ, & aliqui fructus, in hoc Faſciculo continentur.

Continuatio ejuſdem operis. *Ibid.* 1622. *in fol.*

Gazophylacium rerum naturalium e regno vegetabili, animali, & minerali depromptarum. *Norimbergæ.* 1642. *in fol.* cum figur. Ex cat. bib. Rivin.

Act. Er. Dec 1715. Mich. Rupert. nat. Norimb. an. 1607. Lochn. obiit an. 1715.

Rariora Muſei Beſleriani, quæ olim Baſilius & Michael Rupertus Beſleri collegerunt, æneiſque tabulis ad vivum inciſarum evulgarunt, nunc commentario illuſtrata à Joan. Henrico Lochnero, Mich. Fred. filio. *Norimbergæ.* 1716. *in fol.* Tab. 40. Falc.

BEVEROVICIUS [*Joannes*] Dordracenſis.

De Hyſſopo cujus in Evangelio fit mentio epiſtola Claud. Salmaſio. *Ext. in* Quæſt. epiſt. hujuſce Auctoris p. 95. *Roterodami.* 1654. *in* 12.

De natura & viribus Menthæ epiſtola ad Anchiſem ab Andla. *In iiſdem.* p. 150.

BEZE [*Claudius*] è Societ. Jeſu.

Deſcription de quelques arbres & de quelques plantes de Malaque. *Ext. in* Suppl. Act. Ac. Sc. Par. t. IV.

Ext. etiam in libro: *Obſervations phyſiques & mathématiques* &c. cum annotationibus P. Gouye Soc. Jeſ. *Pariſiis.* 1692. *in* 4. Arbores & herbæ deſcriptæ ſunt *Duriones Acoſtæ* J. B. *Mangouſtans Garciæ* J. B. *Tampoë*, *Badouco*, *Champada an Champacan* Hort. Mal. *Lonona*, *Macan vel Pomum Indicum*, *Grammalouc*, & *Arbor triſtis Garciæ & Acoſtæ* J. B.

BIDLOO [*Lambertus*]

Diſſertatio de re herbaria. *Ext. in* Cat. plant. indigen. Hollandiæ Jo. Commelini.

BIRON [*C* . . . . .]

De quibuſdam plantis utriuſque Indiæ agit in opere ſequenti.

Journ. des Scav. 1703.

Curioſitez de la nature & de l'art apportées dans deux Voyages des Indes, l'un aux Indes d'Occident en 1698. & 1699, & l'autre aux Indes d'Orient en 1701. & 1702. *Paris. Jean Moreau.* 1703. *in* 12.

BLACKWEL [*Elizabetha*]

Hæc an. 1735. *varias plantarum figuras cum earumdum deſcriptionibus edidit Londini, in fol.* n. 84.

BLAGRAVE [*Joſephus*] Anglus.

The anatomical preparation of vegetables. *Phil. Tranſ.* n. 416.

SEGERUS [*Georgius*] Regis Poloniæ Medicus, in Univerſitate Gedanenſi Medicinæ Profeſſor.
De radicum Althææ acrimonia. *Ext. in* Miſc. Acad. Nat. Cur. Dec. I. an. 8. obſ. 100.

SERAFINIUS [*Laurentius*] Medicus Florentinus.
Lettera in cui ſi eſaminano le ragioni addotte da Giovan Battiſta Felici nel ſuo parere ſopra la Cioccolata. *Firenze, ap. Ant. Maria Albizzini.* 1729. *in* 4.

SERAPIO. Vid. JOANNEM.

SERER [*Joſephus*] Medicus Veronenſis.
Lettera ſopra le bevande del Caffè Europeo, con la Segala abruſtolita, e del Tè con le foglie delle roſe canine *Verona.* 1730. *in* 12. *Acceſſit. Diſſertatio cui titulus:* Lotti o ſia ſeminarj di Genoua, Milano &c. dimoſtrati d'ernome danno.

SEVERINUS [*Marcus Aurelius*] Chirurgiæ & Anatomiæ Profeſſor in Univerſitate Neapolitana.
Chocolata Inda, opuſculum de qualitate & natura Chocolatæ, Hiſpanico ſermone ab Ant. Colmenero, & à Severino in Latinum tranſlatum. *Norimbergæ, typis Wolfg. Endteri.* 1644. *in* 12.

Extat etiam in Miſc. Acad. Nat. Cur. Dec. III. *an.* I.

SHIPTON [*Joannes*] Chirurgus Londinenſis.
De uſu Corticis Peruviani ad gangrenam & ſphacelum utilis. *Ph. Tranſ.* n. 426.

SHORT [*Thomas*] Medicus.
A Diſſertation upon the Thé &c. *London, by Gyles.* 1731. *in* 4.

SLEVOGTIUS [*Joannes Hadrianus*] Anatomiæ & Chirurgiæ Profeſſor Jenenſis, natus menſe Septembri. an. 1653. Obiit IV. Kal. Sept. an. 172. . .
Zummer. vit. Prof. Jenens.
Proluſio inauguralis in qua Jenenſe vinum à nocentis calcis ſuſpicione vindicatur. *Jenæ, lit. Krebſianis.* 1718. *in* 4. Sloan.

Prolu-

Proluſio de virtute Hyoxiami cathartica. *Jenæ.* 1715. *in* 4. Ex bibl. Riv. Cat.

Diſſertatio inauguralis de Balſamo vero ſive Opobalſamo, reſpondente Joan. Friderico Weiſſmanno. *Jenæ.* 1705. *in* 4.

Diſſertatio inauguralis de Opobalſamo, reſpondente Joan. Dan. Heinſio. *Jenæ.* 1717. *in* 4. Ex König. cat.

SLOANUS [*Hans*] Medicus, Regiæ Societatis Londinenſis Præſes.

An account of the purgative vertue of the Mercurialis perennis, Cynocrambe dicta Inſt. rei herb. *Phil. Tranſ.* n. 203.

Of the uſe of the root Ipecacuanha for looſeneſſes, tranſlated a French paper, with ſome notes. *Phil. Tranſ.* n. 238.

SMYTH [*Eduardus*] Regiæ Societatis Londinenſis Socius.

Of the uſe of Opium among the Turks. *Ph. Tranſ.* n. 221.

SNEBERGERUS [*Antonius*] Tigurinus.

Catalogus medicamentorum ſimplicium ſeu Ἐυπορίςων peſtilentiæ veneno adverſantium, & quomodo iis utendum ſit brevis inſtitutio. *Tiguri. Jac. Geſnerus.* 1561. *in* 8.

Recognitus, & multorum remediorum acceſſione adauctus, opera & ſtudio Henrici à Bra. *Leovardiæ, Typis Abr. Radæi.* 1616. *in* 8.

SPILLEBENIUS [*Paſchaſius*].

Tractatus de Balſamo. *Brugis, ap. Albertum Michaelem.* 1658. *in* 4. B. R.

SPINDLERUS [*Nicolaus*].

Experiment und gewiſſe erfahrung allerhand Artzney, wieder allerley ſeltſame gebræſten, fehl und kranckheiten des menſchliche &c.; ſamt Hieremiæ Heldts eigentliche contrafeyung und beſchreibung aller in dieſem buch gebrauchten kräuter wurtzel, blumen, ſtauden, beumen, frütchen, ſamen, und andern einheimiſch, und auſlændiſchen ſimplicien. *Francofurti ad Mæn.* 1566. *in* 8. cum iconib.

SPONIUS [*Jacobus*] Medicus Lugdunenſis.

Obſervationes de febrifugis. *Extant in lib. Nigriſolii:* Febris China China expugnata.

SQUARCIALUPUS [*Marcellus*].

De Amygdalarum amararum in ebrietate vi contra Plutarchum opinio &c. *Peſclavii in Alpibus Rhæticis, ex off. Landulphorum.* 1586. *in* 8. Ex Riv. bibl. cat.

STAHLIUS [*Ivo Joannes*] Medicinæ Profeſſor.

De pane ſpeciatim triticeo Diſſertatio inauguralis, reſpondente Joanne Friderico Teuzel Erfordienſi. *Erfordiæ typis Groſchianis.* 1727. *in* 4.

STANCARIUS [*Joannes Antonius*].

De Melitenſi fungo ad ſupprimendum ſanguinem adhibito, Obſervatio. *Ext. in* Comment. Acad. Bonon. p. 158.

De Opio, Obſervatio. *In eisd.* p. 161.

STEGMANNUS [*Ambroſius*] Medicus Iſlebienſis.

De decocto herbæ Theæ in convulſionibus optimo remedio. *Ext. in* Miſc. Acad. Nat. Cur. Dec. III. an. 1. obſ. 16.

De decocto Theæ morbo Ectaſi ſimili obſerv. *In eisd.* Dec. III. an. 1.

De Thæ uſu ſalutari in convulſionibus puerorum, poſt morbillos & variolas oriundis. *In eisd.* Dec. III. an. 1. obſ. 18.

STEINERUS [*Henricus*].

Αρτολογία. Diſputatio de pane prima, reſpondente Henrico Steinero, præſide Salomone Hottingero. *Tiguri.* 1695. *in* 4.

Diſputatio ſecunda, reſpondentibus quatuor candidatis. *Ibidem.* 1696. *in* 4.

Diſputatio tertia, reſpond. quinque candidatis. *Ibidem.* 1697. *in* 4.

STENTZELIUS [*Chriſtianus Godefredus*] Torgavienſis Medicus.

Diſſertatio inauguralis botanico medica de ſalvia in infuſo adhibenda, hujuſque præ Thea Chinenſi præſtantia, reſpondente Melchiore Theophilo Feverabend. Lub. Sil. *Wittebergæ, lit. viduæ Gerdeſiæ.* 1723. *in* 4.

STEVE [*Jacobus*] Medicus Valentinus. *Vid.* Nicandrum.

STHALIUS [*Georgius Erneſtus*] Medicinæ Profeſſor Hallenſis.

Diſſertatio de Impoſtura Opii. *Halæ.* 1707. *in* 4. Ex cat. bibl. Maſſ. n. 2912.

STOLTERFOHT [*Joannes Jacobus*] Slevigæ natus XIII. Kal. Dec. an. 1665. Obiit Kal. Apr. an. 1718.

Obſervatio de pyro immaturo anorexiæ & vomitûs medela. *Ext. in Nov. lit. mar. Balth.* an. 1701. p. 156.

STRABUS Gallus [*Valafridus*] Monaſterii S. Galli Monachus, vixit circa medium IX. Seculi.

Hortulus vernatiſſimus, carminis elegantia delectabilis. *Norimbergæ. Joan. Weiſſenburgerus.* 1512. *in* 4.

Friburgi, cum Aemilio Macro. 1530. *in* 12.

Cum cæna Baptiſtæ Fieræ, *Pariſiis, ap. Simon. Colinæum.* 1533. & 1571. *in* 12.

Cum Medicis antiquis. *Venetiis, ap. Aldum.* 1547. *in fol.*

Cum cæna Bapt. Fieræ. *Francofurti, ap. Egenolphum.* 1564. *in* 8.

Ingolſtadii. 1604. *in* 4. Ex cat. bibl. Bodl.

Cum ſcholiis Joannis Atrociani. Acceſſit Aemil. Macer. *Baſileæ, ap. Fabrum Emmæum.* 1627. *in* 8.

STRAUSSIUS [*Laurentius*].

De potu Caffe Diſſertatio. *Ex Mich. Bern. Valent.* Diſſert. de Fabis S. Ignatii.

STROBELBERGERUS [*Joannes Stephanus*] Medicinæ Doctor Monſpelienſis.

Tractatus novus in quo de cocco baphica, & quæ inde paratur confectionis Alkermes recto uſu diſſeritur; cui inſertus eſt Laurentii Catelani genuinus ejuſdem confectionis apparandæ modus, nunc primùm in Latinum ſermonem è Gallico breviter converſus. *Jenæ*, *typis Joan. Beithmanni.* 1620. *in* 4. Falc.

Maſticologia, ſeu de univerſa Maſtiches natura diſſertatio medica, in qua arboris Lentiſci, & ejus Gummi reſinæ, Maſticher nomenclaturæ deſcriptiones &c. declarantur. *Lipſiæ*, *ap. Joan. Groſſium.* 1628. *in* 8.

STROTHERUS [*Eduardus*] Medicus, Regiæ Societatis Londinenſis Socius.

Materia medica, or a new deſcriptio of the virtues and effects of all drugs, or ſimple medecines now in uſe. *London. by Car. Rivington.* 1727. *in* 8.

Qui liber potius verſio eſt Operis Lud. Welſchii, cui titulus: *Lapis materiæ medicæ Lydius* &c. cum aliquibus Strotheri additionibus.

STRUPPIUS [*Joachimus*] à Geilhauſen.

Anchora famis, ſitis, & valetudinis mortalium &c. 1573. *in* 4.

De variis panum & potuum generibus part. I. tractavit.

STUBBE [*Henricus*] Chirurgus Oxonienſis.

The Indians nectar, or a diſcourſe concerning Chocolata, wherein the nature of the Cacao nut, and the other ingredients of that compoſition is examined, and ſtated, according to the jugdment and experience of the Indians and Spanish writters, who lived in the Indies, and others; with ſundry additional obſervations made in England. The way and compounding and preparing Chocolata &c. Together with a ſpargyrical analiſis of the Cacao nut performed by that Chymiſt Mr. le Febvre. *London*, *by J. C. for André Crook.* 1662. *in* 8. Sloan.

STURMIUS [*Rolandus*] Medicus Delphenſis.

Vindiciæ pulveris febrifugæ Peruvianæ. 1659. *in* 12.

SURRIANUS [*Hieronymus*] *Vid.* Raſim.

SYLVATICUS [*Matthæus*] Medicus Mantuanus initio XIV. Seculi.

Liber cibalis & medicinalis Pandectarum Roberto Regi Siciliæ inſcriptus, & ab Angelo Catone Beneventano Medico primùm editus. *Neapoli.* 1474. *in fol.*

Brixiæ; per *Joan. Vurſter de Campidonia.* 1474. *in fol.* Orland. Orig. della ſtampa.

Bononiæ, anno eodem. *Orland. ibid.*

Venetiis, *Martinus Sarracenus.* 1478. *in fol.* Ex Mett. annal. typ.

Lug-

Lugduni, *Martinus Husz & Joan. Fiber.* 1478. *in fol.* Ex ejusd. annal.
Emendatus per Matthæum Moretum Brianum. *Venetiis*, impendio *Joannis* Coloniæ Agrippinenſis. 1480. & 1489. *in fol.*
Venetiis, per *Octavianum Scottum* 1498. *in fol.*
Venetiis, per *Simonem de Luere.* 1511. *in fol.* Bumald.
Cum Simonis Januenſis triplici tabula. *Venetiis, ap. Luc. Ant. Juntam.* 1524. *in fol.*
Caſtigatus, Annotationibuſque Simonis Genuenſis illuſtratus, pluribus capitibus adauctus, cum Adnotamentis Dominici Martini de Soſpitello Ducis Sabaudiæ Medici, & tabula doſium Baptiſtæ Sardi. *Taurini, ap. Antonium Ranotum.* 1526. *in fol.* B. Maz.
Lugduni, ap. *Theobaldum Paganum.* 1541. *in fol.* B. Maz.
Lugduni, ap. *Jac. Juntam.* 1541. *in fol.*

SYLVAULS [*Arminius*].
Meinung von den Podagra und deſſe Indianiſchen cur durch die Moxa. *Breſlaw.* 1714. *in* 12.

SYLVIUS [*Jacobus*] Ambianus, natus an. 1492. Obiit an. 1555.
Annotationes in Meſue. *Vid* Meſue.
De medicamentorum ſimplicium delectu ritè faciendo. *Lugduni ap. Joan. Tornæſium.* 1548. *in* 8. B. Maz. Reperitur etiam in ejuſdem Operum collectione edit. *Genevæ. Jacob. Chouet.* 1630. *in fol.*

SYLVIUS [*Simon*] *Vid.* Celſum.

T.

TAGAULTIUS [*Joannes*] Ambianenſis. *Vid.* Meſuem.

TALLAT [*Joannes*].
Artzney buchlein der kräuter geſammlet durch Joh. Tallat von Vochenberg, *Erfordiæ. Melch. Sachſſen.* 1530. *in* 8. Ex Riv. bibl. cat.

TANKIUS [*Joachimus*].
Michel Bapts Juniperetum, oder mach-holder garten, durch Joach. Tankium. *Eiſleben.* 1675. *in* 4.
Acceſſit Balth. Mulleri de ratione diſtillandi liber. *Francofurti.* 1692. *in* 4.

TAPPIUS [*Jacobus*].
Oratio de Tabacco. Editio II. auctior. *Helmſtadii, typis Henningii Mulleri.* 1660. *in* 4. Sloan.
Editio III. *Ibidem, typis Henr. David. Mulleri.* 1673. *in* 4. Sloan.

TAREN-

TARENTINUS. *Vid.* Heraclidem.

TARGIONIUS [*Joannes Antonius*] Medicus Florentinus.

De præſtantia & uſu plantarum in Medicina Theſes. *Piſis* 1734. *in fol.*

TAUVRY [*Daniel*] Medicus.

Traité des médicamens, & la maniere de s'en ſervir pour la guériſon des maladies, ſuivant les experiences des Médecins modernes. *Paris. Etienne Michallet.* 1690. *in* 12.

Nouvelle édition, augmentée de la formule pour la compoſition des médicamens. *Paris. Barthelemy Girin.* 1699. *in* 12.

TEMPLE [*Guillelmus*]

Eſſay du Moxa contre la goute. *Ext. in variis ejusdem Operum collectionibus.*

TEXTOR [*Vincent*]

Traité de la nature du vin, & de l'abus, tant d'icelui, que des autres breuvages, par le vice d'yvrognerie. *Geneve, Gabriel Chartier.* 1604. *in* 8.

THEBESIUS [*Georgius Daniel*]

Nachricht von raucht und ſchnupff taback. *Francfurt.* 1713. *in* 4.

THEODOSIUS [*Joannes Baptiſta*] Medicus Bononienſis.

Medicinales epiſtolæ LXVIII. in quibus complures, variæque res ad Medicinam ſpectantes traduntur. *Baſileæ, ap Nicolaum Epiſcopium* 1533. *in* 8. B. Maz. In prioribus epiſtolis de plantarum viribus agit.

THIEULLIER [*Joannes*] Medicus.

Quæſtio medica, An alimenta Saccharo condita ſalubria? *Pariſiis, ap. G. Fr. Quillau.* 1731. *in* 4.

THILUS [*Joannes*].

Theeologia, ſive de uſu & abuſu Thee Diſſertatio. *Witteberg.æ* 1690. in 4.
Thee domi, militiæque cuſtos. *Francofurti.* 1689. *in.* 4.

THORIUS [*Raphael*] Medicus & Poeta Londinenſis, ſub Rege Jacobo I. florens.

Hymnus Tabacci. *Lugduni Batavorum.* 1622. *in.* 4.
Ibidem, ap. *Iſaacum Elzevirium.* 1623. *in* 4. B. R.
Cura Ludovici à Kinſchot, cum Commentariis Everarti de Panacea. *Ultrajecti, pro Davide Hoogenhuyſen.* 1644. *in* 12.
Made Engliſh by Peter Hanſted M. of Arts at Cambridge *London, by T. N. for Humphry Moſely.* 1651. *in* 12. Anglicè & Latinè B. R.

THRIVERIUS [*Hieremias*] Vid Celſum.

TIDICAEUS [*Franciſcus*].

Φυτολογία generalis, capitibus aliquot complectens ea quæ ad planta-

rum eſſentiam, naturamque univerſim explicandam pertinent. *Lipſiæ. Georg. Deſnerus.* 1582. *in.* 8. Ex Rivin. bibl. cat.

TIL [*Salomon van*] in Univerſitate Lugduni Batavorum Medicinæ Profeſſor.

Diſputatio medica inauguralis de Opio, reſpondente Georgio Friderico Richenau Berolinenſi. *Lugduni Batavor. ap. Abr. Elzevirium.* 1704. *in* 4.

TILINGIUS [*Matthias*] Jevera Friſius, Academiæ Nat. Curioſ. Socius, *Zephyrus* II. dictus.

Ph. Tranſ. n. 74. Anchora ſalutis, ſeu de Laudano opiato liber ſingularis, in quo ineffabiles medicamenti hujus in omnibus totius corporis effectibus virtutes ac effectus explicantur. *Francofurti, ap. Gul. Ric. Stockium.* 1671. *in* 8. B. R.

Opiologia nova, modernis artis medicæ principiis ſuperſtructa Opii vires & effectus docens, cum præfatione Joan Helſing. Juncken. *Francofurti, ejusdem typis.* 1697. *in* 4.

TIMARISTUS Halicacabum carmine laudavit, teſte Plinio l. XXI. c. 31.

TIRELLUS [*Mauritius*].

De hiſtoria vini & febrium libri II. quorum in primo agitur de vino ſimpliciter &c. *Venetiis, ap. Jacob Scarlæam.* 1630. *in* 4.

TOGNIUS [*Michael*].

Raccolta delle ſingolari qualità del Caffé. *Venezia. Giov. Franc. Valvaſenſe.* 1675. *in* 12. B. R.

TORINUS [*Albanus*] Vitodurenſis. *Vid.* Muſam, Raſim, & Paullum Æginetam.

Fontenel. Eloge des Academ. Lauthier Vie de Tournefort. TOURNEFORTIUS [*Joſephus Pitton*] Botanices Profeſſor Pariſienſis, natus Aquiſextiis Non. Jun. an. 1655. Obiit IV. Kal. Dec. an 1708.

Traité de la matiere médicale, ou l'Hiſtoire & l'uſage des médicamens & leur Analyſe chymique. Ouvrage poſthume de Tournefort, mis au jour par Beſnier, Docteur en Médecine de la Faculté de Paris. *Paris. Laurent d'Houry.* 1717. *in* 12. 2 vol.

Tranſlated into Engliſh. *London, by J. H. for Andrea Bell.* 1708. *in* 8.

TRAHERON [*Bartholomæus*] *Vid.* Joannem de Vigo.

TREMBLAY [*Lucas*] *Vid.* Macrum.

TRUMPHIUS [*Joannes Georgius*].

De unguento, ſive balſamo Antiarthritico Burrhiano Obſervatio. *Ext. in* Miſc. Acad. Nat. Cur. Dec. I. an. 9. obſ. 80.

TURNEBUS [*Hadrianus*] Nortmannus. Obiit. an. 1565. æt. 53.

Libelli de vino, calore, & methodo, cum Ariſtotelis libro de his quæ

quæ auditu percipiuntur. *Pariſiis. Claud. Morellus.* 1600. *in* 8. B. M.
Helmſtadii, ap. *Jac. Lucium.* 1603. *in* 4. B. R.
Ibidem, cum proemio Joan. Caſelii, *ejusdem typis.* 1619. *in* 4. B. R.

Extat etiam in Antiquit. Græcar. theſauro Gronovii To. IX. p. 517.

TYLIUS, qui teſte Epiphanio adv. hær. lib. 1. de herbis ſcripſerat. Num idem cum Tylio Baſſo à Dioſcoride memorato, ut ſuſpicatur Fabricius Bibl. Gr. To. XIII. p. 440?

V.

VALDERRAMA [*Emmanuel de*] Medicus Cæſarauguſtanus.

De uſu Colochyntidis. *Nic. Ant. bibl. Hiſp.*

VALENTINUS [*Michael Bernardus*] Academiæ Naturæ Curioſ. Socius, *Theſſalus* dictus, Medicinæ Profeſſor Giſſenſis.

Hiſtoria Moxæ, cum adjunctis in fine Meditationibus de podagra. *Lugduni Batavornm, ap. Petr. van der Aa.* 1686. *in* 12. B. R.

Extat etiam cum ejusdem Polychreſtis Exoticis editis *Francofurti* an. 1700 *in* 4.

Diſcurſus Academicus de China Chinæ. *Gieſſæ.* 1697. *in* 4. *Extat etiam in Polychr. Exot. p.* 45.

Diſſertatio de Ipecacuanha, novo Gallorum antidyſſenterico. *Gieſſæ* 1698. *in* 4. *Ext. quoque in Polychr. p.* 15.

Polychreſta Exotica in curandis affectibus contumaciſſimis probatiſſima, Fabæ ſcilicet S. Ignatii, Ipecacuanha, China Chinæ, Clyſter Tabaccus, & cum Diſſertationibus epiſtolicis varii argumenti. *Francofurti, ad Mœn. ap. Joſ. David. Zunnerum.* 1700. *in* 4.

VALERUS [*Abraham*] Medicus, Academiæ Naturæ Curioſorum Socius.

Lectiones publicæ de incrementis artis medicæ ex remediis noviter detectis expectandis. *Witteberga, lit. Aug. Kobeſteinii.* 1718. *in* 4. Falc.

De balſami de Mecca natura & uſu Diſſertatio inauguralis. *Wittebergæ, lit. Gerdeſiæ.* 1720. *in* 4. Falc.

C. VALGIUS, vir eruditione ſpectatus, de herbarum uſu volumen imperfectum ad Auguſtum ſcripſit, teſte Plinio l. 25. c. 2.

VANDERMONDIUS [*Jacobus Franciſcus*] Medicus.

Quæſtio medica: An infirmis à morbo viribus Ginſeng? *Pariſis. Quillau.* 1736. *in* 4. Journ. des Sçav. Avril 1736.

VATERUS [*Chriſtianus*].
De Corallorum natura, præparatis, & uſibus. *Witteberga.* 1720. *in* 4.

VAUGHAN [*Er.* . . . .]
An account of Hemlock water drop wort, ſeu Oenanthe aquatica ſucco viroſo. *Phil. Tranſ. n.* 238.

VAUX [*N.* . . . . . *de*] Chirurgus Pariſienſis. *Vid.* Boerhaavum.

VESALIUS [*Andreas*] Bruxellenſis, natus Prid. Kal. Januar. an. 1514. Obiit Idib. Octob. an 1564.
Radicis Chinæ uſus. *Lugduni, typis Joan. Frellonii.* 1547. *in* 16. Falc.

Extat etiam in ejusdem operibus Boerhaavii cura editis *Lugduni Batav.* an. 1725 *in fol.* Inter Opera de morbo Gallico edita *Venetiis* an. 1566. & *Lugd. Batav.* an. 1731. *in fol.*

VESALIUS [*Franciſcus*] Andreæ frater.
Epiſtola rationem modumque propinandi radicis Chinæ decocti, quo Imperator Carolus V. uſus eſt pertractans, & aliæ quædam epiſtolæ. *Baſileæ, ex officina Joannis Oporini.* 1546. *in fol.*

VESLINGIUS [*Joannes*] Mindanus, Anatomiæ & Chirurgiæ Profeſſor in Univerſitate Patavina. Obiit III. Kal. Sept. an. 1649. ætatis 51.
Epiſtolæ duæ, in quibus diſſeritur de Opobalſamo. *Extant in G. Volkameri Opobalſami examine.*
Opobalſami veteribus cogniti vindiciæ. Acceſſit Paræneſis ad rem herbariam &c. *Patavii, typis Frambotti.* 1644. B. Maz.

VESTUS [*Juſtus*] in Univerſitate Erfordienſi Medicinæ Profeſſor.
De ſymbolo Pythagoræ, Fabis abſtineto. *Erfordiæ* 1694. *in* 4. Ex cat. Bibl. Rivii.
De fructuum hortenſium, & eſculentorum abuſu. *Erfordiæ.* 1704. *in* 4.
De panis uſu alimentoſo & medicamentoſo Diſſertatio inauguralis, reſpondente Joanne Samuele Seilero Molſchebia Gothano. *Erfordiæ, typis Groſchianis.* 1710 *in* 4.
De præſtantia medicamentorum ſimplicium & Galenicorum, præ Chymicis. *Erfordiæ.* 1713. *in* 4.

VIGO [*Joannes de*] Genuenſis, Julii II. ſummi Pontificis Medicus.
Chirurgia practica, *in qua libro VII. de natura & viribus ſimplicium.* Lugduni, per *Joannem de Cambray.* 1515. *in* 4.
Florentiæ. 1525. *in* 8.
Lugduni, per *Jacobum Bertonum.* 1534. *in* 8.
Lugduni, per *Symphor. Beraud.* 1542. *in* 8.

Lug-

Lugduni, ap. her. *Joann. Juntæ.* 1561. *in* 8.
Lugduni, 1582. *in* 8.
Gallicè. *Pariſiis.* 1530. *in fol.*
Catalonicè, à Michaele Joan. Paſchali Valentino verſa. *Valentiæ.* 1537. *in fol.* B. Maz.
Anglicè à Ricardo Tralcie tranſlata. *Londini. Eduardus Whytchurch.* 1543. *in fol.* B. Maz.

VILLANOVA [*Arnoldus de*] Hiſpanus, à Villanova patria ſua Villanovanus dictus, natus anno 1300. Obiit anno 1363.

Conſilium ad Regem Aragonum de ſalubri hortenſium uſu, cum Dyoclis Cariſtii Medici epiſtola. *Pariſiis, ap. Morellium.* 1573. & 1586. *in* 8.
Extat etiam in ejusdem Operibus editis *Baſileæ ap. Pernam.* 1585. *in fol.* & *Lugduni.* 1686. *in fol.*

VILLINGANUS [*Georgius Pictor*] Medicus.

Vocum difficilium Aemil. Macri de viribus herbarum expoſitio *Baſileæ.* 1559. *in* 8.

VITALIANUS [*Antonius*] Ceperanenſis.

De abuſu Tabacci. *Romæ, ap. Franciſcum Monetam.* 1650. *in* 12.

VOLCKAMERUS [*Joannes Georgius*] Noribergenſis, Acad. Nat. Cur. Socius, *Helianthus* vocatus, natus an. 1616. Obiit XVII. Kal. Sept. an. 1693.

Opobalſami Orientalis in Theriaces confectione Romæ revocati examen &c. Acceſſere I. Relatio hiſtorica controverſiæ de Opobalſamo orientali Romæ habitæ, ſcripta à Fr. Perla Calvienſi Med. II. De recenti balſamo pro Orientali in Urbe advecto diſquiſitio, auctore Evonymo. III. Paulli Zacchiæ epiſtola ad Collicolam, Anton. Manfredum, & Vincentium Panutium aromatarios. IV. Balthaſaris Bonanni ad eoſdem epiſtola. V. Baldi Baldi propugnationes quinque. VI. Joan. Veſlingii epiſtolæ duæ ad Baldum Baldum. VII. Aemilii Pariſani Medici Veneti epiſtola ad Bernardinum Miſſorium. VIII. Joannis Nardi Medici Florentini ad Zacchiam & Baldum epiſtola. IX. Romani Collegii aromatariorum epiſtolæ. X. Reſponſiones Collegii aromatariorum Neapolit. XI. Epiſtolæ Romani collegii aromatariorum ad Petrum Caſtellum, cum ejuſdem reſponſione. XII. Reſponſio pro Collegio aromatariorum ad propoſitionem primam Baldi Baldi. XIII. Memoriale Opobalſami factitii & falſi. *Norimbergæ, ap. Wolfg. Endterum.* 1644. *in* 12. Falc.
De Scorzonera montana alexipharmaca Obſervatio. *Ext. in* Miſc. Acad. Nat. Cur. Dec. II. an. I. obſ. 181. cum icone.

VORMIUS [*Hobius van der*] Medicus Nardenſis.

Atriplex ſalſum vulgo dictum *ſouſtenelle* eſſentia, viribus, & operationibus ſuis primo deſcriptum. *Amſtelodami Joannes Vaesberge.* 1661. *in* 12. Falc.

VULPIUS [*Joannes Baptiſta*] Anatomicus Patavinus *Vid.* Celſum.

W.

WAGNERUS [*Georgius Fridericus*].

Diſſertatio de balſamo vero, quod vulgo Opobalſamum dicitur. *Jenæ.* 1705. *in* 4. Ex cat. bibl. Matſ. n. 2908.

De Balſamo Diſſertatio. *Jenæ.* 1717. *in* 4. Ex ejuſd. catal.

WAGNERUS [*Joannes Jacobus*] Medicus Tigurinus, Tergovillæ natus Prid. Kal. Mai. an. 1641. Obiit XIX. Kal. Jan. an. 1695.

De Lolii pernicioſis effectibus Obſervatio. *Ext. in* Miſc. Acad. Nat. Cur. Dec. II. an. 3. obſ. 186.

De Chelidonio majori, febrifugo. *In eisd.* Dec. II. an. 9. obſ. 28.

De Solani melanoceraſi, ſeu ſylveſtri, vi ſoporifera ac deleteria. *In eisd.* Dec. II. an. X. obſ. 108.

WALSCHMIDTIUS [*Joannes Jacobus*] in Univerſitate Marpurgenſi Medicinæ Profeſſor.

Diſſertatio inauguralis de potu Thee, reſpondente Chriſt. Kürſnero. *Marpurgi* 1685. *in* 4.

Journ. des Sçav. Juin 1708. Hæc & altera de Opio Diſſertatio *Extat inter varia ejuſdem auctoris opuſcula edita an* . . . . . *in* 8. vol. 1. p. 768.

Monita medica circa Opii & opiatorum naturam *Marpurgi.* 1697. *in* 4. Ex cat. bibl. Matſ. n. 2912.

WALDSCHMIDTIUS [*Gulielmus Ulricus*] Joan. Jacobi filius, Medicinæ Profeſſor in Univerſitate Kilonienſi, natus Marpurgi an. 1669. Obiit Prid. Id. Januar. an 1731.

Diſſertatio de uſu & abuſu Thee in genere, præcipuè verò in hydrope. *Kiloniæ.* 1692. *in* 8. Ex cat. bibl. Matfeld. n. 2906.

Gedancken über das gewöhnliche Thee trincken. *Leipzig.* 1693. *in* 4. Ex ejuſd. cat. n. 2906.

WAREN [*Martinus*].

Ad amicum R. L. epiſtola, in qua curandi methodus & ratio in febribus nuper graſſantibus corticis Peruviani periculum, incertitudo, & inſalubritas explicantur. *Cantabrigiæ, typis Academicis.* 1729. *in* 4.

Chr. Ricart. Vit. Prof. Jenenſ. WEDELIUS [*Georgius Wolfgangus*] Academiæ Naturæ Curioſ. Socius, *Hercules* dictus, & in Univerſitate Jenenſi Medicinæ Profeſſor, *Golſſen* in Luſatia natus Prid. Id. Nov. an. 1645. Obiit VIII. Non. Sept. an. 1721.

Diatribe medica de Opio. Diſputatio inauguralis, reſpondente Samuele Ledelio. *Jenæ, typis Sam. Krebſii.* 1667. *in* 4.

Opio.

Opiologia ad mentem Acad. Nat. Cur. elaborata. *Jenæ, ap. Joan. Freitachium.* 1674. *in* 4.

Editio altera. *Jenæ, ap. Joan. Bielckium.* 1682. *in* 4.

De medicamentorum facultatibus cognoſcendis & applicandis libri duo. *Jenæ.* 1678. *in* 4.

Ibidem. 1696. *in* 4.

In Anglicam linguam verſi. *Londini.* 1685. *in* 8.

De uſu Cucumerum innoxio. *Jenæ.* 1686. *in* 4.

De reſina Aegyptia Plauti. *Jenæ.* 1697. *in* 4.

De ſpiritu vini. *Jenæ.* 1697. *in* 4.

De Camphora Diſſert. inauguralis, reſpondente Joanne Adolpho Wedelio Jenenſi. *Jenæ typis Krebſianis.* 1697. *in* 4.

De vino modico Propempticon. *Jenæ.* 1698. *in* 4.

De Terebenthina Diſſertatio. *Jenæ.* 1700. *in* 4.

Centuria exercitationum Medico-philologicarum &c. *Jenæ. Joſ. Bielckius.* 1702. *in* 4. in qua continentur:

Dec. III. Exercit. 7. De uſu Cucumerum, *jam relata.*

Dec. X. Exercit. 4. De reſina Aegyptia Plauti. *vid. ſupra.*

Exercit. 5. De pane Dyrrachino Julii Cæſaris.

De Rhabarbari genere, differentiis, & virtute Propempticon. *Jenæ.* 1708. *in* 4.

Experimentum curioſum de Colchico veneno, & alexipharmaco ſimplici & compoſito. *Jenæ. lit. Krebſianis.* 1718. *in* 4. Act. Erud. 1719. Journ. des Sçavi. 1720.

De Hyoſciami noxis & virtutibus. *Jenæ.* 1715. *in* 4. *Extat etiam in* Miſc. Ac. Nat. Cur. An. 3. obſ. 21.

WELSCHIUS [*Chriſtianus Ludovicus*] Medicus.

Lapis materiæ Medicæ Lydius, ſeu accuratum medicamentorum ſimplicium examen, breviſſima methodo diſpoſitum, à Paulo Hermanno editum, curis Welſchii. *Lipſiæ.* 1703. *in* 8.

Lugd. Batavor. ap. *Henr. Teering.* 1707. *in* 8.

In Anglicam linguam verſum, cum obſervationibus Eduardi Strother. *Londini. Car. Rivington.* 1727. *in* 8.

WENCKH [*Joannes Baptiſta de*] Medicus Græcenſis.

De ligno lentiſcino Obſervatio. *Ext. in* Miſc. Acad. Nat. Cur. Dec. III. an. 9. obſ. 135.

WENERANUS [*Joannes Belida*].

Tabula ſimplicium medicamentorum quorum in medicinis potiſſimum eſt uſus, ſeptem linguarum, Latinam videlicet, Græcam, Italicam, Gallicam, Hiſpanicam, Belgicam, & Germanicam nomenclaturam & facultates ex parte continens, ordine alphabetico collecta. *Embdæ, ap. Nicol. Brieſtcanum.* 1576. *in* 8.

WEPFERUS [*Joannes Jacobus*] Medicus Scaphuſanus, natus an. 1620. Obiit an. 1694.

De Cicutæ aquaticæ noxa Obſervatio. *Ext. in* Miſc. Acad. Nat. Cur. Dec. II. an. 6. obſ. 116.

WE-

WESEMANNUS [*Joannes Franckenius*] in Univerſitate Upſalienſi Medicinæ Profeſſor. Obiit XVII. Kal. Nov. an. 1661. ætatis 71.

De Nicotianæ herbæ, ſive Tabaci virtutibus Diſſertatio. *Upſaliæ, per Eſchill. Matthiam* 1633. *Schef. Suec. liter.*

WHITAKERUS [*Tobias*].

Tractatus de uvæ ſanguine, natura, & uſu, diæreticè & pharmaceuticè. *Francofurti, ap. Wolfg. Hoffmannum.* 1655. *in* 8.

Hagæ Comitum, ap. *Samuel. Brown.* 1655. *in* 8.

WINCKLERUS [*Daniel*] Vratiſlavienſis.

De Opio tractatus, in quo ſimul liber de Opio Joannis Freitagii examinatur. *Lipſiæ. Henning. Groſſius.* 1635. *in* 8.

WINCKLERUS [*Nicolaus*] Forchemius, Medicus Hallenſis.

Chronica herbarum, florum, ſeminum, fructuum, radicum, ſuccorum, animalium, atque eorumdem partium, quo nimirum tantopere ſingula eorum colligenda atque in uſum adferenda ſint medicum &c. *Auguſtæ Vindelicor. Mich. Mangerus.* 1571. *in* 4. Falc.

In Germanicam linguam tranſlata. *Ibidem, ap. eumd.* 1577. *in* 8.

WITTICHIUS [*Joannes*].

Methodus ſimplicium & compoſitorum medicamentorum. *Lipſiæ.* 1602. *in* 8. Ex cat. bibl. Francof.

Bericht &c. von den fürnehmſten edelgeſteinen, unbekandten, hartzigen, dingen, Armeniſchen balſam, fremden wunder kräutern holtz und wurtzlen &c. von dem ligno Guaiaco wunderbaum, res nova genandt von der China Sarſa parilla, von dem Fanzoſenholtz Saſſafras und Grieſſholtz, ſo man lignum nephriticum nennet. *Lipſiæ.* 1589. 1601. & 1603. *in* 4.

WOLFARTUS [*Petrus*].

Diſcurſus Academicus de China Chinæ. *Gieſſæ. Henr. Muller.* 1695. *in* 4.

Zammer. Vit. Prof. Jenens.

WOLFFIUS [*Jacobus*] in Univerſitate Jenenſi Medicinæ Profeſſor, Numburgi natus III. Kal. Jan. an. 1642. Obiit III. Kal. Febr. an. 1705.

De Cereviſia Numburgica Exercitatio medica. *Jenæ.* 1684. *in* 4.

De Cortice quæ Chinæ Chinæ ſubſtitui poteſt Obſervatio. *Ext. in* Miſc. Ac. Nat. Cur. Dec. II. an. 7. obſ. 191.

De radicis Ireos noſtratis ſucco hydropem tollente. *In eisd.* Dec. II. an 8. obſ. 63.

WOLLIMHAUS [*Joannes Simon*] Upſalienſis.

De occultis medicamentorum ſimplicium qualitatibus in genere Diſſertatio. *Upſaliæ.* 1646. *in* 4. Schef. Suec liter.

WOOD [*Nathanael*].

An account of a poyſonous root like Hemlock, and of the Hemlock. *Ph. Tranſ.* n. 231. & 251.

X.

XIMENES [*Franciſcus*].

Quatro libros de la naturalezza de las plantas y animales que eſtan recebidos en el uſo de la Medicina en la nueva Eſpaña. *en Mexico.* 1615. Sloane Hiſt. of Jamaica. Nic. Ant. bibl. Hiſp.

Z.

ZACCHIAS [*Paullus*] Medicus.

Epiſtola de balſamo Orientali. *Ext. in Examine Opobalſami Volckameri.*

ZANNICHELLIUS [*Joannes Jacobus*] Joan. Hier. filius, Pharmacopola Venetus.

Lettera intorno alla facoltà dell' Ippocaſtano. *Venezia. Giacomo Tomaſini.* 1733. *in* 4. con la figura dell'albero.

ZAVONA [*Maximianus*] Medicus Ravennatenſis.

Abuſo del Tabacco de noſtri tempi, nel quale ſi dimoſtra, che con quello ſi poſſono curare un infinito numero de mali che moleſtano l'uomo. *Bologna. G. B. Ferroni. in* 4. B. R.

ZENDRINUS [*Bernardinus*] Medicus Venetus.

Trattato della China China, con una prefazione intorno a' pregiudizj che s'hanno per l'arte medicinale, e al modo più ſicuro d'apprenderla. *Venezia. Jo. Gab. Ertz.* 1715. *in* 8.

ZORSTIUS [*Joannes David*].

Vini Rhenani in ſpecie Baccharenſis anatomia chymica. *Heidelbergæ.* 1672. *in* 12.

ZWINGERUS [*Theodorus*] Medicus, Acad. Nat. Cur. Socius *Ariſtoteles* dictus, natus an. 1658. Obiit an. 1724.

Examen theoretico practico medicum plantarum Naſturcinarum, quo vegetabilium horum ſtructura naturalis, qualitates, vires, atque uſus explicantur; Diſſertatio inauguralis, reſpondente Joan Rodolpho Mieg. *Baſileæ, typis Thurniſiorum.* 1700. *in* 4.

Triga Diſſertationum medicarum de plantis Naſturcinis, de Epilepſia, & de morbis præliantium. *Baſileæ, ap. eoſdem.* 1716. *in* 4.

ANONYMORUM AUCTORUM OPERA,

juxta eorumdem Editionis Annum diſpoſita.

TRactatus de vino, & proprietatibus. *Bononiæ.* 1488. *in* 4. B. R.

De ligno Indico epiſtola. *Venetiis* 1566. Ex cat. bibl. Bodlei.

Corpus Pharmacoporii, ſive virtus herbarum. *ap. Joſiam Ribelium.* 1573. *in fol.* Bib. S. Vict.

Eden gardiner. The tryal of Tabacco. *London.* 1610. *in* 4. E cat. bibl. Bodl.

Wine, Beer, Ale, and Tabacco, ſtriving for ſuperiority. A dialogue. *London.* 1630. *in* 4.

Kirani Kiranides, & ad eas Rhyakini Koronides, cum Notis Andreæ Rivini. *Lipſiæ.* 1638. *in* 8.

—— Francofurti. 1681. *in* 12.

Nomen non Auctoris, ſed Scripti, obſervarunt Scaliger, Salmaſius, Fabricius, &c. in quo de gemmarum, plantarum, & animalium virtute magicâ agitur. Græcè opus MS. eodem nomine inſignitum in Biblioth. Regia n. 3482. *Pariſiis aſſervatum, omnino ab iſto diverſum. Vid. Fabr. Bibl. Gr. Tom. I. pag.* 63.

De Thea tractatus. *Londini.* 1682. Anglicè. Lin. bibl. bot. p. 44.

De la guériſon des fiévres par le Quinquina. *Ext. in Act. Erud. an.* 1682. *p.* 76.

Tractatus novi de potu Caphé, de Chinenſium Thé, & de Chocolata. *Pariſiis, ap. Petr. Muguet.* 1685. *in* 12.

Traité des qualités du Quinquina par P. M. M. *Amſterdam. Theodore Labbé.* 1687. *in* 12.

Rifleſſioni intorno alle radici della Salſaparilla paragònate con la Smilace aſpera volgare. *Bologna. Peri.* 1689. *in* 4. cum. iconib. 3.

De radice Braſilienſi Theſis habita *Pariſiis.* an. 1690.

De natura aquæ, vini, & cereviſiæ, auctore I. S. *Hamburgi.* 1690. *in* 8.

A boek of vertues and uſe of the balm of Chili. *London* 1698.

De virtute purgativa falſò tributa Tithymalo Hybernico vulgò *Mackenboy* dicto. *Phil Tranſ.* n. 243.

Journal des Sçavans, Août 1700. Le bon uſage du Tabac en poudre, les differentes manieres de le préparer & de le parfumer. *Paris. Quinet.* 1700. *in* 12.

Obſervation ſur une eſpece de roſée ou manne qui tombe au Printems des feuilles des Orangers. *Mém. de l'Acad. des Scien.* an. 1708. Hiſt. p. 69.

Venus rebutée, das iſt, Ruhm des Tobacks, nebſt ein diſcours von Tobaks decoro, und der ſo genandte Tobacks freiheit. *Colln.* 1722. *in* 8.

Index materiæ medicæ, or a Catalogue of ſimple medicines, that are to be uſed in the practice of Phyſick, and Surgery. To which are added two tables of the ſimples medecines, and their principal vertues. *London. George Strahan.* 1724. *in* 4.

Réflexions ſur l'uſage de l'Opium, des calmens, & des narcotiques, pour la guériſon des maladies. *Paris. Guill. Cavelier.* 1726. *in* 12.

Thee tafel die kleine mediciniſche bericht von dem ſieben fachen bewährten kräuter thee. *Hamburg.* 1732. *in* 8.

Finis ſecundæ Partis.

BIBLIOTHECÆ
BOTANICÆ

PARS TERTIA,

LIBRORUM INDICEM DE RE RUSTICA,
ET DE HORTORUM CULTURA,
CONTINENS.

PRAEFATIO.

AD ultimam hujus Bibliothecæ partem tamdem deveni, ad Auctores ſcilicet, & Libros qui de re ruſtica, & de hortorum cultura tractant. Hos qui recenſuerit vix habemus, nam ſi ex antiquis Varronem, & Columellam exceperis, qui Græcos enumerarunt, ceteri ut Plinius, Athenæus, & Geoponicorum auctor de uno tantum aut altero mentionem ſparſim fecerunt. Ex recentioribus Fulvius Urſinus in collatione Græcorum ſcriptorum cum Virgilio indicem quemdam confecit. (Notæ in Cat. Var. &c. Romæ 1587.) Tum Joachimus Camerarius Joachimi filius tam ex deperditis quam extantibus catalogum adornavit; ordine alphabetico Græcos recenſens, inde Latinos & Arabes, ac recentiores quoque uſque ad annum 1577. Sed multorum opera retulit quæ ad Botanicam potius quam ad Agriculturam pertinent, quædam etiam quæ ad neutram ſpectant. Integrum, aptumque catalogum, nemo quod ſciam, concinnavit. Antequam ingredior, de Agriculturæ origine, ac progreſſu verba facere opportunum puto.

Agricultura, hoc eſt ars quæ terræ culturam docet fructuum percipiendorum cauſa, ab ipſis Mundi incunabulis originem ducit. Cain agros colebat, ac *fuit agricola*, & *terram etiam arare primus excogitavit.* (Gen. IV. 2.) (Joſ. Ant. l. 1. c. 2. Γῆν τε ἀροῦν ἐπενόησεν πρῶτος.) Scriptores tamen Romani, & Græci literis prodidere, non niſi longo intervallo poſt prima exordia rerum hominibus notam fuiſſe. Primi ſiquidem parentes, ex eorum placito, pecuariam exercebant, lacte & agreſtibus fructibus vitam ſuſtentantes, atque hæc ruſtica munera omnium copiarum loco habentes. *Cum homines*, inquit Varro, *paſtoriciam vitam agerent, neque ſcirent etiam arare terram, aut ſerere arbores, aut putare . . . . ab his inferiore gradu ætatis ſuſceptam agriculturam.* (de re ruſt. l. 1. in princ.) Vivebant nimirum

 homi-

Var. l. 1. c. 1.

homines ex iis rebus quæ inviolata ultro ferebat terra, *ut ex arboribus ac virgultis decerpendo glandem, arbutum, mora, pomaque colligerent ad uſum.* Si fictionibus Poetarum credere velimus, herba viridi, ante glandis uſum, veſcebantur.

Ovid. Faſt. l. 4.

> *Panis erant primis virides mortalibus herbæ,*
> *Quas tellus nullo ſollicitante dabat.*

Var. l. 2. c. 1.

Priſcos ergo Terræ incolas paſtoriciam vitam egiſſe neminem latet, ex iiſque *illuſtriſſimus quiſque paſtor erat.* Talem autem vetuſtiſſimis Græciæ populis morem fuiſſe, narrabat Dicæarchus in opere deperdito de *priſco ritu vivendi Græcorum*, illumve continuaſſe uſque quod à Cerere uſum frumenti didiciſſent.

Diod. l. 1. εὑρούσης μὲν Ἴσιδος τόν τε τοῦ πυροῦ, καὶ τὸν τῆς κριθῆς καρπόν &c.

Aegyptii, qui ſe antiquiores Terræ populos, & à Diis progenitos contendebant, Iſidem tamquam tritici & hordei inventricem venerabantur, eamque hominibus monſtraſſe frumentum, quod antea neglectum & in agris, ut aliæ herbæ, naſcebatur, itemque Oſiridem frugum culturam ſolerter excogitaſſe, profitebantur. Hic, quem Diodorus φιλογεωργόν nuncupat, Nyſſæ in Arabia educatus, illos arare terram primum edocuit, quo beneficio ducti, eum inter Deos retulerunt. Sic de illo Tibullus:

Eleg. 7.

> *Primus aratra manu ſolerti fecit Oſiris,*
> *Et teneram ferro ſollicitavit humum &c.*
> *Primus inexpertæ commiſit ſemina terræ &c.*

Diod. loc. cit. τὸν δ' αὐτὸν γενέσθαι φασὶ τῆς ἀμπέλου περὶ τὴν Νύσαν. &c.

Idem quoque prope eamdem urbem Vitem invenit, & cum hujus etiam fructus culturam animadvertiſſet, primus vino uſus eſt, ut cecinit idem Poeta:

> *Hic docuit teneram palis adjungere vitem,*
> *Hic viridem dura cedere falce comam.*

in Attic.

Græcis Cererem monſtraſſe ſulcis committere ſemina, vetus & antiqua traditio eſt. Poeta quidam Muſæi nomine à Pauſania citatus, ſcripſerat illos huic Deæ eo devinctos eſſe bene-

beneficio. In Marmore Oxonienſi pluribus epochis nobili, cujus fragmentum hodie ſupereſt, affirmat Seldenus legiſſe, Rege Erechtheo Athenis regnante, anno XV. imperii ſui, id eſt ante Chriſtum an. 1409. *Cererem Athenas veniſſe, frugeſque plantaſſe.* Si tamen Diodoro fidem habeamus, hunc Cereris adventum memoranti, nihil aliud fuiſſe prædicabimus, niſi magnam frumenti copiam quam Erechtheus ex Aegypto Athenas advexit, cum magna pernicies frugum ibi orta eſſet. Athenienſes tanti beneficii memores hunc ſibi Regem elegerunt, qui deinde Cereris cultum Athenis inſtituit. Ovidius agricolationis inventum eidem Deæ tribuit.

Mar. Oxon. ex edit. Met. p. 64. Ἀφ᾽ τοῦ Δημήτηρ ἀφικομένη εἰς Ἀθήνας καρπὸν ἐφύτευεν.

L. 1. Καὶ φθορᾶς ἐπιγενομένης τῶν τε καρπῶν, ἐξ Αἰγύπτου τὸν Ἐρεχθέα κομίσαι &c.

Prima Ceres, homine ad meliora alimenta vocato,
Mutavit glandes utiliore cibo &c.
Illa jugo tauros collum præbere coegit.
Tunc primum ſolers eruta vidit humus.

Faſt. l. 4.

Attamen nonnulli Auctores, aratri inventum Cereri denegantes, Athenienſem quemdam Buzygem vel Triptolemum nominatum, verum inventorem fuiſſe tradunt. *Bovem & aratrum*, inquit Plinius, *invenit Buzyges Athenienſis, ut alii dicunt, Triptolemus.* Harduinus in hunc locum annotavit, illum eumdem eſſe cum Hercule, ſive Epimenide, teſtibus Suida & Heſychio. In eodem Marmoris Oxonienſis fragmento ſcriptum fuiſſe traditur, *Triptolemum Neæræ & Celei filium, regnante Athenis Erechtheo, ſeminaſſe in Raria, quæ dicta eſt Eleuſine.* Ἀρουν non Ῥαρίαν agrum iſtum nominat Auctor magni Etymologici. Hunc Triptolemum finxere Poetæ curru à ſerpentibus alatis vectum fuiſſe, & ſic frumenta Græciæ populis diſtribuiſſe. Humphridus *Prideaux* ad hunc locum ait, Triptolemum ab Erechtheo frumenta accepiſſe, deinde illa in agris Rariis ſeminaſſe; & ut ad varios Græciæ populos comportarentur, longa navi, in cujus prora pennati ſerpentes depicti erant, ad urbes acceſſiſſe. Euſebii auctoritate nititur ex fide Scaligeri: *Eleuſinæ Celeus regnavit, coævus Triptolemo, quem Philochorus ait longa navi ad urbes accedentem diſtribuiſſe frumenta; & ob id dediſſe ſuſpicionem quòd navis ejus ſerpens pennatus fuerit, & eſt figura quæ poſſit recipi.* Regem Arcadem

l. 7. c. 56.

Suid. Βουζύγης ὁ Ἡρακλῆς. Hes. Βουζύγης, ἥρως Ἀττικός. &c.

P. 64. Τριπτόλεμος τοῦ Κελέου καὶ Νεαίρας &c. ἔσπειρεν ἐν τῇ Ραρίᾳ &c.

In Chron. ex edit. Scalig.

Pauſ. in Arcad.

dem Calliſtem Triptolemus hujus inventi participem fecit; qui illud Arcadiæ populis communicavit, paniſque conficiendi modum illis monſtravit. Pub. Virgilius Maro, qui haud dubie varia hujuſce inventoris nomina apprime callebat, nomen tamen illius ſiluit, dimidioque verſu ſolummodo deſignavit.

uncique puer monſtrator aratri.

ad quem locum Servius notat, *non unum aratrum in toto orbe monſtraſſe, ſed diverſos in diverſis locis.*

Bacchi Orgiis à Cecrope ex Ægypto in Græciam tranſlatis, vineta Athenis exculta ſunt. *Eumolpum Athenienſem culturas*
l. 7. c. 56. *vitium & arborum* primum inſtituiſſe refert Plinius, oleamque in eadem urbe primo cultam fuiſſe. Minervæ muneri tribuunt poetæ:

Virg. Georg. l. 1.

- - - - - Oleæque Minerva
Inventrix.

Plin. l. 7. c. 56. Oleum *Ariſtæus Athenienſis invenit.* Ceteræ arbores ibidem
Var. hiſt. exultæ ſunt. Ficus, teſte Æliano, ex Athenis originem du-
l. 3. c. 38. cit; & ex regnis vicinis, aliisque regionibus arbores fructife-
Plin. l. ras omnes ſibi indigenas Athenienſes fecere. Ex Creta inſu-
15. c. 11. la Cydonea mala advecta, ex Sardibus caſtaneæ, quæ pri-
Ibid. c. 23. mum ibi provenerant, patriumque nomen illis impoſuere,
c. 22. *Sardianos balanos:* Nuces è Perſide à regibus tranſlatæ ſunt;
c. 13. Perſica quoque ab eodem regno advecta; ex Ponto nuces,
c. 14. quæ ob id Ponticæ vocantur, denique ex Media malus, quæ Medica patriæ nomine vocata eſt.

Græcia tamdem à Romanis ſubacta, fruges & Arbores Græcorum in Italiam uſque pervenere. Feneſtella referente
l. 15. c. 1. Plinio ſcripſerat: *oleam omnino non fuiſſe in Italia, Hiſpania, & Africa Tarquinii ætate.* Brevi poſtea nativæ factæ ſunt, nam idem Auctor narrat illarum fructus cauſam dediſſe Gal-
l. 12. c. 1. lis ſuperfundendi ſe Italiæ: *Produnt Alpibus coercitas, & tum inexſuperabili munimento, Gallias hanc primum habuiſſe cauſam ſuperfundendi ſe Italiæ, quod Helico ex Helvetiis civis earum, fabrilem ob artem Romæ commoratus, ficum ſiccam, & uvam,*

uvam, oleique ac vini præmiſſa remeans ſecum tuliſſet. Quapropter hæc vel bello quæſiſſe venia ſit. An Amygdala fuerit in Italia Catonis tempore dubitatur, & ex eo quod ab illo non memoretur, nondum in hanc regionem advectam fuiſſe ſuſpicio eſt. Plinius: *Hæc arbor an fuerit in Italia Catonis tempore dubitatur.* Ceraſus ante annum DCLXXX. nondum nota erat: *Ceraſi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. Ad Urbis annum DCLXXX. is primum vexit e Ponto, annisque CXX. trans Oceanum in Britanniam uſque pervenere.* L. Vitellius Cenſor, qui Tiberio imperante, Syriæ præerat, Piſtacia *in Italiam primum intulit; eodem tempore in Hiſpaniam Flaccus Pompeius Eques Romanus.* Sex. Papinius, noviſſimis D. Auguſti temporibus, Zizypham ex Syria, & Tuberes ex Africa in Italiam attulit. Hæ tamen in Italia non omnino peregrinæ erant, cum in agro Veronenſi Plinii ætate naſcerentur, ibique mala hujusce Arboris *Lanata* vocarentur. Harum *duo ſunt genera: candidum, & a colore ſyricum dictum*, id eſt rutilum: niſi tamen Plinius de Tuberibus dixerit quæ de Zizyphis dicenda erant. Nam Columella Zizypham albam & rutilam facit, *ergo duo genera Zizypharum*, inquit Salmaſius, *quod perperam ad Tuberes tranſtulit Plinius.* Circa Idus Martias poſt Armeniaca florebant, & ad velociorem maturitatem arte aliquando cogebantur. *Ab ea* (Amygdala) *proxime florent Armeniaca, dein Tuberes, & præcoces, illæ peregrinæ, hæ coactæ.* Ex eoque tempore florendi arguitur non eas eſſe *Nuciperſicas*, quas Galli *Peſches noix* vocant, ut putat Harduinus; nam hæ cum à Perſica in Juglandem inſita natæ credantur, tardius florent, & in extrema Æſtate ſolummodo matureſcunt; fallique eos qui pro talibus illas habent Salmaſius annotaverat. Ad Lotum Theophraſti illas idem retulit: *Immo tuburum arbor ſive Zizyphus rutila, non alia eſt quam Lotus lotophagica;* ſed obſcurum per obſcurius explicat: nam quænam ſit hæc Lotus inter Botanicos acerrimè diſputatur. *Lotus arbor fructu Ceraſi* J. Bauh. I. 229. in agro Veronenſi ubique ferè provenit, e rimis petrarum ſponte nonnumquam naſcens; de hac tamen non loquitur Plinius, cum illius fructus qui circa Idus Septembris maturantur gulæ non ſerviant, nec lautiores Imperatorum menſæ his inſtruerentur. Ex Suetonio enim dedicimus ad diem XV. Kal. Octobr. Domitia-

l. 15. c. 23.
c. 25. Athen. l. 2.
Plin. l. 15. c. 22.
c. 14.
l. 9. c. 4.
Exerc. Plin. c. 35.
Plin. l. 16. c. 25.
Exerc. Plin. c. 35.
De Homon. Hyl. Iatr. c. 63.
In Domit. c. 16.

mitiano pridie quam occideretur oblatos fuiſſe: *Pridie quàm periret cum oblatos tuberes ſervari juſſit in craſtinum, adjecit, ſi modo uti licuerit.* In pluribus Italiæ locis illo tempore jam ſatæ erant, & præſertim Nomenti, ut Martialis tradidit:

l. 13. Epigr. 42.

Non tibi de Lybicis Tuberes, & Apyrina ramis;
De Nomentanis ſed damus arboribus.

Neque etiam illam eſſe Azedarach Dodonæi, ut nonnulli putant; cum hæc arbor etſi fructus lanugine obductos habeat, venenoſos eſſe neminem latet, ex locisque citatis clariſſimè patet de malis ad eſum aptis loqui omnes auctores. Porro Azedarach nullibi ſponte naſcentem in agro Veronenſi inveni, ſed variis in hortis colitur & viget. Quantum verò floruerit Plinii ævo arborum cultura ex uno aut altero exemplo melius patebit. Hic de emplaſtratione loquens dicit, ſe vidiſſe *inſitam juxta Tiburtes Tiliam, omni genere pomorum onuſtam, alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, pyris, punicis, malorumque generibus, ſed huic brevis fuit vita.* Et alibi nullum pomum novum diu jam inveniri: *Quippe cum Virgilius inſitam nucibus arbutum, malis platanum, ceraſis ulmum dicat, nec quicquam amplius excogitari poteſt. Nullum certe pomum novum diu jam invenitur.*

Cæſalpin. &c.

l. 17. c. 16.

l. 15. c. 15.

Hiſpaniis, Galliſque devictis, illarum populi nounullos fructus frugeſque à victoribus acceperunt: ita ut quos ex Græciâ in Italiam Romani devexerant, Galli & Hiſpani in ſuas regiones intulerint. Narbonenſis Provincia, quæ Italia potius quam Provincia dicebatur, prima ſibi arbores Italas indigenas fecit, poſteaque ceteris Gallis forſitan communicavit. *Quis enim*, inquit Plinius, *non communicato orbe terrarum, majeſtate Romani Imperii, profeciſſe vitam putet, commercio rerum ac ſocietate feſtæ pacis, omniaque etiam quæ oculta ante fuerant in promiſcuo uſu facta?*

l. 14. in princ.

Nulla planta magis in pretio habita eſt, nullique major honos, quàm Viti fuit; omni fere ævo, omnique regione, cui cœli clementia favebat, cultam eſſe invenimus: nuſquam tamen gentium tanta reperiebatur ubertas vini quanta in Italia, quo in ſolo fertili, & ſub cœlo miti, nobiliora vina, læto proventu proveniunt. *Cum nobilia vinorum genera in toto orbe olim intelligi poſſent* LXXX. duas partes ex hoc numero

l. 14. c. 11.

Ita-

Italia habebat. Sub Imperatore Domitiano adeo vineta in Italia & in Aſia excreverant, ut *ad ſummam quamdam ubertatem vini, frumenti verò inopiam, exiſtimans nimio vinearum ſtudio negligi arva, edixit ne quis in Italia novellaret: utque in Provinciis vineta ſuccidererentur, relicta, ubi plurimum, dimidia parte.*

Suet. in Domit. c. 7.

Euſebius tradit prohibuiſſe ſolummodo vites in urbibus ſeri, ſed hujus ſermo cum aliis auctoribus de hac lege mentionem facientibus nequaquam congruit. Scaliger in notis bis fatetur ſe hunc locum non intelligere, & illum debuiſſe dicere ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, & non ἐν ταῖς πόλεσι. Philoſtratus ejuſdem legis cauſam aliam in Aſia fuiſſe prodidit, *vineaſque non eſſe habendas Imperatori placuiſſe: quin etiam quæ plantatæ erant evellendas eſſe, neque in poſterum de vitibus quidquam eſſe plantandum ſtatuiſſe, quod in vino ſeditionem agitare Aſiatici viſi fuerant.*

De vita Sophiſt. c. 21. ἐδόκει τῷ βασιλεῖ μὴ εἶναι τῇ Ἀσίᾳ ἀμπέλους &c.

Hinc patet Domitianum præcepiſſe, ut omnia vineta in Aſia ſuccidererentur, non ibi relicta dimidia parte, ut in ceteris Provinciis. Id etiam patet ex alio loco ejuſdem Auctoris: *Per ea tempora Domitianus legem tulerat ne quis ulterius plantare vites auderet, & quæ ſuo tempore plantatæ fuiſſent jubebat amputari.* Sed tamen Imperator rem exequi non perſeveravit, ut mox videbimus.

In Apoll. VI. 17. Δομιτιανοῦ δὲ βασιλέως ὑπὸ τὸν αὐτὸν νομοθετήσαντος, ἀμπέλους τε μὴ φυτεύειν ἔτι &c.

Apollonius Tyanæus, qui tum ad Jones venerat, cum audiſſet hujus legis promulgationem, *hæc*, inquit, *præcepta ad me non attinent, ſolus enim fortaſſis hominum omnium, neque pudendis egeo, neque vino utor.*

Ibid. παρελθὼν ἐς τοὺς Ἴωνας ὁ Ἀπολλώνιος &c.

Aſiatici varios legatos ad Imperatorem miſerunt, & præſertim Jones ut vacationem legis ab ipſo peterent. Scopelianus ſophiſta omnium Aſiaticorum nomine legationem poſtea ſuſcepit, & hoc munus ſibi demandatum *ita ex ſuperabundantia legationis exequutus eſt, ut rediret non ſolum hoc impetrato quòd vites plantare liceret, ſed ut mulcta quoque non plantantibus imponeretur.*

De vit. Sophiſt. ὁ δ' οὕτω τι ἐκ περιουσίας ἐκράτει τὴν πρεσβείαν, ὡς &c.

Ad edictum de excidendis vineis abrogandum non alia magis re Imperator compulſus creditur, quàm quod libelli in urbe ſparſi fuerant, quibus mortem ſibi prænuntiari ſuſpicabatur. Priſcum Eveni epigramma, quo Poeta caprum vitem rodentem commonebat, ſat adhuc ſupereſſe vini ad libandum, cum ſtaret ad aram, licet totam vitem eroderet, Domitiano aptatum fuit, qui timore perterritus, neſcio quid ſibi præſagiens mali in propoſito non perſeveravit. En Eveni epigramma.

Anthol. l. I. I.

Κὴν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
"Οσσον ἐπισπεῖσαι σοὶ τράγε θυομένῳ.

quod ſic Ovidius antea verterat:

Faſt. I. v. 357.

Rode caper vitem, tamen hinc cum ſtabis ad aram,
In tua quod ſpargi cornua poſſit, erit.

Sublatis vocibus σοὶ τράγε, καίσαρι verò ſubſtituta in libellis illud retulerunt; & res adeo feliciter ſucceſſit, ut hoc epigrammate vites ſervatæ ſint, prohibitumque ne Imperator *hominibus parcens terram eunucham faceret.* An edictum iſtud in Provinciis executum fuerit ignoratur. Doctus tamen Scriptor executioni mandatum fuiſſe tradidit; & in Occidente uſque ad Probi tempora obſervatum fuiſſe: cum hic Imperator *Gallis omnibus, & Hiſpanis ac Britannis* [leg. *Pannoniis* monente Caſaubono] *hinc permiſit ut vites haberent, vinumque conficerent.* Hunc Aur. Victor *Hannibalem alterum* nuncupat, eo quod ſicut ille Africam oleis repleverat, hic eodem modo *Galliam, Pannoniaſque, & Mæſorum colles, vinetis replevit.* Almam quoque montem in Illyrico circa Sirmium *militari manu foſſum lecta vite conſevit,* & vineas *provincialibus colendas dedit.*

Philoſ. in Apol. VI. 17. λέληθε δὲ----- τὴν δὲ γῆν εὐνουχίζων.

Tillem. hiſt. des Emp. Domit.

Fl. Vopiſc. in Prob.

c. 37.

Vopiſc. in Prob.

Eutrop.

Multa equidem de Agricultura Græci ſcripſerant volumina, quorum vix unum aut alterum ſupereſt; nam ex operibus L. auctorum à Varrone, Plinio, & Columella recenſitorum, perpauca ad nos uſque pervenerunt. Heſiodus Homeri coætaneus *princeps omnium*, inquit Plinius, *de agricultura præcepit. . . . . . Præceptaque agricolis pandere orſus eſt.* Opus ejus Ἔργα καὶ Ἡμέραι vocatum, Doctorum Virorum conſenſu prorſus interiit. Quod nunc præ manibus habemus eodem titulo inſignitum, Oeconomicum eſt, de eoque Tzetzes Scholiaſtes ejus annotavit non tam agricolationis præcepta tradere voluiſſe, quam Perſem fratrem ſuum, ab otio voluptatumque illecebris avertere, & ad œconomicam curam traducere. Ariſtoteles & Xenophon, ille prior, hic poſterior, Oeconomicorum libros compoſuere; qui etiamnum extant; ſed verſio Xenophontis, quam Cicero ex ephebis excedens fecerat, periit. De plantis duos alios libros ſcripſerat Ariſtoteles, qui non ſuperſunt, cum illi qui inter opera ſua prioribus ſeculis referebantur, nunc pro ſpuriis ab omnibus habeantur. A Muſuro, vel

l. 18. c. 24.

l. 15. c. 1.

Heinſ. in Heſ. libr.

Joan. Tzetz. in proem. ἔγραψε δὲ τὸ παρὸν βιβλίον ὁ Ἡσίοδος πρὸς Πέρσην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, παραίνεσιν καὶ Ἠθικὴν καὶ Οἰκονομικὴν περιέχον παντοίαν.

vel à Laſcari, annotante Fabricio, vel ut Simoni Grynæo viſum, à Theodoro Gaza, vel potius à Maximo Planude ut ſuſpicatur Scaliger, Græcè tranſlati ſunt è Latino Galli neſcio cujus, qui ex Arabico illos tranſtulerat, quæ verſio ex alia Latina priore fuerat concinnata. Theophraſtes Ereſius, Ariſtotelis diſcipulus anno V. C. CCCCXL. libros X. de hiſtoria plantarum, & libros VI. de earum cauſis ſcripſit. Opus illud præ manibus habemus, ſed *hi libri*, inquit Varro, *non tam idonei iis qui agrum colere volunt, quàm qui ſcholas Philoſophorum.* Noviſſimum denique opus quod nunc extat, eſt Collectio librorum Geoponicorum Caſſiano Baſſo auctore, non vero Conſtantino Ceſare, etſi ſæpius typis mandati ſint hujuſce nomen præferentes: ſed ætas & patria illius Scriptoris ignorantur, quamvis ipſemet dicat ſe feciſſe rem de qua loquitur in pago Maratonimo, ex quo originem ducit. Nullum aliud de Oeconomicis & Agricultura ex Græcorum ſcriptis opus ſupereſt, ſi fragmenta quædam unius aut alterius auctoris excipias.

Bib. Græc. l. 3. c. 6.

De re ruſt. l. 1. c. 5.

ἐν τῷ Μαρατωνύμῳ χωρίῳ ὅθεν ὁρμῶμαι.

Ad Romanos nunc deveniam. M. Cato primus omnium an. ante Chriſt. CL. ſcripſit ad filium ſuum de Agricultura librum, qui ἀκέφαλος eſt, pauca in principio, ſed fortaſſe multa in fine deſiderantur. De fundi qualitate, villæ ſitu, villici officio, ejuſque familiæ multis præceptis illum erudivit; de olearum vitiumque culturâ in primis tractavit, ita ut liber memorialis rei ruſticæ magis quàm de univerſa agricultura opus exiſtimetur. Luxatio quæ in quibuſdam locis videtur reperiri, nos facilè in ſuſpicionem inducit, quædam turbata & confuſa eſſe; v. g. de villici officio ſermonem facit n. 5. & 142. capite proximo de luſtratione agri; deinde de lectione olivarum, cap. 70. & 103. boum medicinas docet, ab illo, capite ad alterum multa alia præcipit, quæ ad hæc animalia non attinent, & ſic in aliis locis. Quæ duo Saſernæ, & Scrofa Tremellius, Catone poſteriores olim fecerant opera jam perierunt, nec ullum ſuperſtat fragmentum. De illis Columella: *Poſt Catonem duos Saſernas patrem & filium qui* agriculturam *diligentius erudierunt; ac deinde Scrofam Tremellium qui eam eloquentem reddidit.* M. Terentius Varro ſenio jam confectus octogeſimum primum vitæ annum agens, opus doctiſſimum de agricultura edidit, quod nunc exſtat, & inter optimos

lib. 1. c. 1.

Plin. l. 18. c. 3.

mos agricolationis libros reponitur. In tres partes diviſum eſt; de cultura agri, cura pecorum, boum, armentorum, ceterorumque animalium pertractans. *Is* agriculturam *expolivit*, & inter bonos agricolas, bonoſque colonos reputatus eſt; quâ laude virum bonum, hominemque frugi Romani deſignabant, ampliſſimèque laudare aliquem exiſtimabant. Eodem fere tempore Pub. Virgilii Maronis liber Georgicorum prodiit, *agriculturamque* verſibus *potentem fecit.* Heſiodum imitatus eſt ut ipſe cecinit:

Cat. de re ruſt. in princ.

l. 1. c. 1.

Georg. l. 2.

Aſcræumque cano Romana per oppida carmen.

Plura de his ſuperfluum eſſet omnino adjicere cum hi libri omnibus noti ſint, & ab omnibus terantur. Heic porro annotabo agricolas diligenti ſpeculatione Cœlum olim ſpectaſſe, cum & Solis & aſtrorum curſum, ſtellarum ortum & obitum, variaque ſigna noſcerent, quæ illis erant norma ruſticorum operum. Plinius tamen illos irridet, nec id quidquam adjuvare putat: *Cur Cœlum intuearis, agricola?* &c. *Cur Cœlum quæris, ruſtice?* Certiora ſigna ex quibuſdam herbis potiuſquam ex cœleſtibus obſervationibus illis promittit: *Ecce tibi inter herbas ſpargo peculiares ſtellas.* Julii Hygini libri de Agricultura, & cura apum; illi, quos Mago Carthaginenſis lingua Punica ſcripſerat, in Græcum ſermonem à Dionyſio Uticenſi verſi, & in compendium à Diophane Nicæo Bithynienſi radacti; alii quinque Cornelii Celſi de Vite; & illi tandem quos Julius Atticus ſcripſerat; perierunt omnes, nobiſque tempus edax omnes eripuit. L. Jun. Moderatus Columella ſub Imp. Claudio libros XII. de agricultura compoſuit. Libro X. carminibus exarato Virgilii Georgica ſupplevit, hortique culturam quam ille omiſerat tradidit: & ut ait Caſſiodorus Div. lit. c. 28. *per diverſas agriculturæ ſpecies eloquens ac facundus illabitur, diſertis potius quàm imperitis accommodus; ut operis ejus ſtudioſi non ſolum communi fructu, ſed etiam gratiſſimis epulis expleantur.* Rem omnem ruſticam primum tribus aut quatuor libris, ut putatur, complexus eſt, in quorum numero erat XIII. de arboribus, ſive de ſurculis, qui ex Aldi, Matthiæ Geſneri, Juliique Pontederæ ſententia ſolummodo ſupereſt, & in finem operis vulgò rejicitur. Hos deinde Columella ſuppreſſit, & novum opus libris XII. de re ruſtica confecit.

l. 18. c. 27.

Sed

Sed eorum opinio non ſatis validis nititur argumentis, ut hunc librum XIII. pro legitimo habeam, cum nihil aliud eſſe videatur quàm compendium ex libris 3. 4. & 5. hujus ſcriptoris, ab auctore neſcio quo in unum redactis, in quo multa ridicula continentur, quæ Columellam haudquaquam ſapiunt. Talia ſunt: *ne ſorices aut volucres vitem lædant, ne mala Punica in arbore rumpantur* &c. C. Plinius ſub Imp. Veſpaſiano in libros XVII. & XVIII. nat. hiſt. quædam de agri cultura retulit, ſed, ut ita dicam, hic diligens Scriptor non data opera, ſed occaſione tantum rem arripuit, & ut de omnibus quæ ad hiſtoriam naturæ pertinent tractaret. Ultimus denique qui hanc provinciam ſuſcepit Palladius Rutilius Taurus Aemilianus annumeratur, qui libris XIII. varios in agro labores unoquoque menſe faciendos deſcripſit, & docuit, & libro XIIII. artem inſerendi explicavit. Hæc ſunt omnia opera quæ de agricultura, fragmentis quibuſdam exceptis, ad noſtra uſque tempora pervenere. Hæc ſcientia in infima ætate, illique proxima, nullum auctorem ſibi vindicat, nec per tanta ſecula ullus invenitur qui agricolationis præcepta denuo pandere ſuſceperit. c. 15. & 23.

Poſtquam humaniorum literarum amor mortalium pectora longo poſt intervallo incendere cœpit, id eſt ſeculo XIV. quo tamdem excuſſa barbarie, ſtudia iterum culta fuere; primum de agricultura opus fuit illud Petri Creſcentii Bononienſis, nobili loco, & doctrinâ clari. Hic libros ſcripſit duodecim de univerſa agricolatione, de animalibus, iisque alimentis quæ ſanis corporibus agricultura præſtare poteſt. Annum LXX. agens librum ad umbilicum perduxit, multaque in eo præcepta retulit, quæ in villa ſua S. Nicolai de Villula inſtituerat. Juſſu Caroli Andægavenſis Siciliæ Regis illum Latinâ linguâ compoſuit. Prima editio typis mandata fuit Lovanii anno 1474. cum titulo: *Opus ruralium commodorum Libri* XII. Incun. Typ. Annal. Typ. Bibl. butan. Caillæus, Mettairius, Ovidiuſque Montalbanus, anno 1473. prodiiſſe tradiderunt: nullus verò horum trium ſe librum vidiſſe profitetur, Caillæique auctoritate fretus, qui malè titulum tranſcripſit, Mettairius eum retulit; ſed illud quod vidimus exemplar in Bibliotheca Mazarinea Pariſiis aſſervatum anni 1474. notam præfert. Quidam ſcriptores Itali cenſuerunt hunc Italico ſermone ſcripſiſſe, & præſertim Bembus, qui talia verba protulit: *Furono molti Proſatori . . . . . . che non ſon*

da

Prof. ed. an. 1729. p. 63. Bibl. Bot.

da ſprezzare, molto meno Pietro Creſcenzo Bologneſe . . . . . del quale 12. *libri delle biſogne del contado in volgar Fiorentino ſcritti per mano ſi tengono;* & Ovidius Montalbanus: *atque eo novo Italico idiomate illud idem compoſuit, hoc eſt vulgari, non vulgari amplius ſermone.* Caſtelvetrus tamen in notis ad Bembum, dicit illum in errorem inductum eſſe, ſeque illum monuiſſe antequam moreretur, & poſtea: *Adunque Pietro Creſcenzo ſcriſſe i ſuoi libri di Agricoltura in Latino, ... e furono traſlati ſenza dubbio da alcun Toſcano, nel tempo del Boccaccio, o poco prima:* pluribuſque auctoritatibus ſententiam ſuam confirmat. Joſephus Blanchinus Medicinæ Doctor Florentinus, in præfatione libri Petri Victorii *de Olearum cultura,* tradidit Bembum putaviſſe Joannem Villanum hiſtoricum hocce Creſcentii opus deſcripſiſſe: *E in primo luogo,* inquit, *io rammenterò il Volgarizzamento del libro de gli affari della villa, e de lavori della terra, ſcritto in Latino da M. Piero de Creſcenzi Bologneſe, e poi ſecondo che giudica il Card. Pietro Bembo tradotto in terſiſſima lingua Toſcana da Gio. Villani l'Iſtorico.* Sed ne unum quidem verbum de his Bembus facit in duobus locis quibus Creſcentii opus memorat. Latino ſermone procul omni dubio ſcripſit; nomen illius qui antiquam verſionem fecit omnino ignoratur. Prima hujus editio prodiit Florentiæ anno 1478. Franciſcus Sanſovinus anno 1561. eam emendavit, rudeſque figuras plantarum & animalium addidit. Sebaſtianus de Roſſis an. 1605. alteram in lucem emiſit, quæ correctione nitidiſque characteribus alias longè ſuperat. Hic liber ſtyli puritate inter auctores elegantioris ſermonis Italici relatus paſſim in Lexicis Italicarum dictionum citatur, & *Libro de lingua* nuncupatur, ideſt cujus dictiones, & vocabula inter probata computantur. Caroli V. Galliarum Regis juſſu in linguam Gallicam verſus prodiit Pariſiis anno 1486, annoque 1518. Germanico idiomate Argentinæ. De ceteris editionibus in Catalogo.

Seculo XV. exeunte, initioque proximi plures de agricultura libros edidere Itali. Georgii Merulæ, & Julii Pomponii Fortunati curis Catonis opera prodiere; Codrus Grammaticus Bononienſis notis Palladium illuſtravit, Nic. Angelus voces difficiliores auctorum de re ruſtica explicavit. In Gallia Carolus Stephanus inſignis bibliopola Pariſienſis an. 1535. arborum,

borum, florum, fructuum, plantarum, omniumque rerum ad hortorum culturam ſpectantium nomina ex antiquis auctoribus collecta in unum redegit, lexiconque ex eis compoſuit; ac poſtea varias agriculturæ partes eâdem methodo aggreſſus eſt. Non enim libros ſex compoſuit, ut teſtatur Montalbanus ſed opuſcula XIV. quæ Joannes Liebautius Gallicâ linguâ deſcripſit, & in ſex libros partitus eſt: de hac ergo diviſione loquitur Montalbanus. Antonius Venutus anno 1537. libellum de agricultura compoſuit, Robertus Britannus Atrebatenſis ejuſdem encomium eodem tempore promulgavit. Ludovicus Alamannius Florentiæ natus anno 1522. in illius Urbis Præfectum Julium Medicæum poſtea Pont. Max. Clementem VII. cum conſpiraſſet, ut hujus iram evitaret, Venetias ſe contulit, & mox in Gallias, aſylum quærens, Franciſcum I. adiit, qui tum ſtudiis & humanioribus literis favens, doctiores acerſebat, ſibique beneficiis & amore devinciebat. Hic cum jam famâ notus eſſet Regi, illi carus & acceptus fuit, lautèque ab eo remuneratus, munificentiam ſuam, quoad vixerit, ſæpe expertus eſt. Domeſticarum rerum Catharinæ Galliarum Reginæ præfectus ac diſpenſator extitit. Diem ſupremum obiit Ambaciæ anno 1556. Dum vitam in Galliis ageret, concinnum, & elegantiſſimum ſolutis verſibus Poema de agrorum cultu exaravit, & Franciſco I. dicavit, qui Tuſcis verſibus mirè delectabatur; *rerum naturam imitatus ducem, adhibitaque doctrina non vulgari, mirus eſt conflatus labor, quo in cultu agrorum ita utuntur nonnulli ut veterum auctores non requirant.*

Bibl. bot.

Bocch. Elog. Vir. Flor. p. 65.

Si omnia agriculturæ opera quæ in iſto alterove ſeculo impreſſa ſunt heic referenda forent, nimis longum eſſet dicere: præcipua ergo hic recenſebo, de ceteris in Catalogis, Indicibuſque Chronologicis dicam. Anonymus Auctor Anno 1540. primus de hac ſcientia librum linguâ Gallicâ compoſitum typis mandavit, ſcilicet: *Le bon Ménager qui traite du labour des champs, vignes, & jardins* &c. Decennio poſt Aurelianus *de Suave* methodum colendi vitem ab antiquis depromptam explicavit, cœloque Gallico aptavit. Eodem ferè tempore Antonius *Fitzherbard* librum de agri cultura Anglico ſermone primus edidit. Petrus Belonius Cenomanus ex vico *Oyſay* vel *Foulletourte* oriundus de *Neglecta ſtirpium cultura* opus fecit; ſed cum Romæ mortuus eſſet anno 1553. typis tantum mandatum

 fuit

fuit anno tertio ab ejus exceſſu: deinde à Cluſio in Latinum verſum cum *Exoticis* hujuſce auctoris impreſſum eſt. Nicolaus *du Meſnil*, & Antonius Mizaldus Montiſlucenſis de horti cultura ſcripſerunt. Hic Medicinas ex fructibus parare docuit, arborum inſertionem monſtravit, primuſque plantarum anatomiam inſtituit. Benedictus Curtius Sanſymphorianus Canonicus Lugdunenſis de hortis libros XXX. anno 1560. typis mandavit; in iis præſertim de arboribus ſermonem fecit, veterumque deſcriptiones explicans, novis obſervationibus elegantiori dictione illas illuſtravit. In Italia Joannes Tattius Lucenſis de Prædii ruſtici operibus libros V. compoſuit. Marcus Auguſtinus Gallus libros X. mox duplo auctiores de eadem re in lucem emiſit. Camillus Tarellus Leonatenſis libellum memorialem de illa quoque ſcripſit. Prudentius *de Choiſelat* Gallus anno 1569. proficuum excogitavit inventum, quo quis poſſit ex 500. libris Gallicæ monetæ ſemel impenſis, annuos fructus totidem ſummæ de gallinarum proventu percipere; ſed neſcio quo fato experimentum rebus œconomicis utiliſſimum à nemine forſan expertum fuerit, penituſque hodie è memoria hominum exoleverit. Petrus Victorius Florentinus linguæ Græcæ Profeſſor anno 1543. Auctores de re ruſtica illuſtravit. Is ſcientiâ & doctrina clarus magnam ſibi famam comparavit, notis & commentariis in Hyparchum, Clementem Alexandrinum, Demetriumque Phaleræum. Opus Italico ſermone de Olearum cultura anno 1569. & quinquennio poſt auctius edidit, ſtyli, dictioniſque puritate, & elegantiâ commendandum.

Omnia de agricolatione opera per annos centum exarata deſcripſi, ſcilicet ab anno 1474, & ab his, ni fallor, cetera derivantur, & originem ducunt. Poſteriori ſeculo nova in dies prodierunt opera; quod unuſquiſque experiebatur amore famæ ductus in lucem emmittebat, parum ſollicitus an antiquior aliquis eadem præcepta tradidiſſet. Nimis iterum longum eſſet, ſi de omnibus adamuſſim agere vellem: præcipua ergo opera & celebriora percurram. Theodorus Zwingerus Helvetus, Philibertus Hegemonus Catalaunenſis Gallus, Gabriel Alphonſus ab Herrera, Jacobus Gutierez Hiſpani, & Joannes Maria Bonardus Italus, varia de agricultura ſub fine ſeculi XVI. compoſuerunt opera. Thomas Hyllus Anglus,

Gre-

Gregorius *de los Rios* Hiſpanus de cultura horti, & de Vite Joannes Victor Soderinus & Bernardus Davanzatus Itali ſcripſere. Seculo proximo CXXX. & amplius opera ejuſdem argumenti impreſſa ſunt. Illius initio Clerus Gallicanus uberiorem proventum ex Bombycibus capere deſiderans, Moros per totam ferè Galliam ex Regis placito plantari juſſit, & Benignus à Rege, Claudius Moulletus, Jacobus Chabotius, & Joannes Vekenius, hac cura ſuſcepta anno 1605. librum de hac re promulgarunt. Mox in Anglicam linguam verſus eſt à Nicolao *Geſſe*, qui Anglicum ſolum æque ac Gallicum Moris proprium eſſe contendit; ſed infauſto forſan experimento didicerunt Angli huic non eſſe fidendum, cum adhuc ſerica fila ex Italia, Galliaque ſibi comportent. Paulus *Polfranceſchi* Veronenſis anno 1626. de *cultura Mori* librum quoque edidit. *Dehn-Rothfelſer* Miſnicos colles ac potiſſimum Dreſdenſes vitibus aptos eſſe lingua Germanica comprobavit. Joannes *Worlidge* anno 1676. idipſum de ſolo Anglico Britannos docuit. Samuel *Hartlib* eoſdem populos methodum colendi terram in Germania inferiore uſitatam docuit reſque adeo feliciter ſucceſſit, ut illius regionis agricultores hos longè ſuperarint; cum nullibi inveniatur qui agros melius colant. Antiqua methodus alendi terram Plinii ætate ſervata adhuc illis in uſu eſt, ſcilicet ſpargendi per campos lapides quos *Marne* vocant: *Alia eſt ratio quam Britannia & Gallia alendi eam ipſa, quod genus vocant Margam*, & deinde: *lapis contunditur in ipſo campo, primiſque annis ſtipula difficulter cæditur propter lapides.* Anno 1646. Joannes Baptiſta Ferrarius Soc. Jeſ. opus egregium cum iconibus apprimè cœlatis de malorum aureorum cultura publicavit. Ejuſdem antea de cultura horti prodierat liber optimus. Ill. Vir *Pont Chateau de Cambouſt de Coaſlins*, qui Portoregali curam horti habebat, Henovillæi nomine de arborum & fruticum cultura librum doctiſſimum edidit. Abraham Cowleius Anglus, & Abraham Muntingius Batavus, ille verſibus, hic proſâ, hoc ſibi onus impoſuere. Tandem anno 1692. Joannes *de la Quintinie* hortorum Regis Ludovici XIV. Præfectus, librum aureum, de horti & malorum aureorum cultura ſcripſit. Hoc opus illius nomen celebre fecit; methodus autem ubique ferè utilis, omnibus hortorum, arborum, & fruticum cultoribus grata & accepta fuit.

De hac ejuſque inventore loquentem audiamus Peraultium: *Il découvrit par ſes experiences la méthode certaine & infaillible de bien tailler les arbres. . . . . . Il a ſçu ce qu'il falloit faire pour contraindre un arbre à donner du fruit, & à en donner aux endroits où l'on veut qu'il en vienne; même à le répandre également ſur toutes ſes branches, ce qui n'avoit jamais été penſé, ni même cru poſſible. . . . . . Il faudroit tranſcrire ici preſque tout l'excellent Livre qu'il nous a laiſſé ſous le titre d'*Inſtructions pour les Jardins fruitiers & potagers, *ſi on vouloit rapporter toutes les découvertes dont nous lui ſommes redevables.*

Recueil des Vies des hom. illuſ. de France.

Noſtra quidem ætate prope infinita prodierunt volumina ad agrorum hortorumque culturam utiliſſima, noviſque experimentis vetuſta præcepta multi confirmarunt in re de qua haud quicquam reſtabat amplius poſteris dicendum. Ludovicus *Liger*, Antiſſiodorenſis, Prædii ruſtici leges & opera ex antiquis ſuiſque obſervationibus agricultoribus impartivit; & Lexico paulo poſt edito voces ruſticas enarravit. Vallemontius, in libro *Curioſités de la nature & de l'art ſur la végetation* &c. plantarum cerealium multiplicationem variis methodis tentatam explicavit, multaque alia ad Phyſicam potius quàm ad agriculturam in illum retulit. Georgius Andreas Agricola Medicus Ratiſponenſis, & Chriſtianus Wolffius Matheſeos Profeſſor Marpurgenſis, ille anno 1716. hic 1718. veram frumenti, aliarumque plantarum, vegetationem lingua Germanica monſtrarunt. Joannes Laurentius Anglus, Rector Eccleſiæ Yelvertoftenſis, Ligerum imitatus eſt, & Prædii ruſtici opera cœlo Anglico accommodata typis mandavit: præcepta, quæ Joannes Mortimerus paulo ante dederat acriter vituperans, etſi multis in locis ea ſibi propria fecerit. Ludovicus Philippus Thümigius anno 1721. de novo quoddam experimento ei feliciter ſucceſſo, ſcilicet de arbore ex folio educta Diſſertationem edidit. Noviſſimus denique qui improbo labore, concinno & ordinato opere hanc provinciam ſuſcepit Natalis *Chomel* S. Vincentii Lugdunenſis Parochus numeratur, qui in *Lexico Oeconomicò* quidquid ab anterioribus de Agricultura, curaque rei ruſticæ dictum fuerat, ſumma cum diligentia digeſſit & deſcripſit.

BIBLIOTHECÆ BOTANICÆ

PARS TERTIA,

INDICEM LIBRORUM,

Rei Ruſticæ Hortorumque Culturæ continens.

A.

ABDALA EBRA BACCAL Medicus Toletanus, cujus liber de Agricultura, ſcriptus an. Chr. 1269. fuit in Bibliotheca Eſcurialenſi. *Fabr. Bib. Gr. t.* XIII. *p.* 19.

AENGELEN [*P*. . . . .] Verſtandige Hovenier &c. *Amſterdam.* 1661. *in* 4. Ex cat. bib. Matfeld. n. 2617.

Hunc librum Joannes Commelinus in linguam Germanicam vertit. *Vid.* Jo. Commelinum.

AESCHRION Ἀἰσχρίων. Auctor cujus patria ignoratur de Agricultura ſcripſit, à Plinio in Indice lib. VIII. Varrone, & Columella l. 1. c. 1. laudatus.

AESCHYLIDES Ἀἰσχυλίδης Georgica ſcripſerat, ut refert Ælianus hiſt. animal. l. XVI. c. 32. & Athenæus l. 14.

AFRICANUS [*Julius*, vel *Sextus* ut putat *Lambecius*] floruit ſub Alexandro Severo. Magnum opus Κεστῶν inſcriptum compoſuerat, quod non exſtat; & ex quo tranſcripta ſunt quæ in Geoponicis referuntur. Needham edit. Geopon.

AGAPIUS, Monachus Cretenſis.

Βίβλιον καλούμενον ΓΕΩΠΟΝΙΚΟΝ &c. *Venetiis*, apud *Antonium Julianum*. 1647. *in* 8. B. R.

—— Venetiis, *apud eumdem*. 1664. *in* 8. Falc.

AGATHOCLES Chius, de Agricultura ſcripſit. A Varrone, & Columella lib. 1. c. 1. & à Plinio in Indice lib. 8. laudatus.

AGOSTINETTI [*Jacobus*].

Cento e dieci recordi del buon fattore di Villa. *Venezia, per Stefano Curti*. 1679. *in* 8. Ex cat. bib. Card. Imper.

—— Venezia *preſſo Domen. Loviſa*. 1704. *in* 12.

AGRICOLA [*Georgius Andreas*] Medicus Ratisbonenſis.

Act. Erud. 1717. Nouvel. Litter. t. 4. p. 500. Neu und nie erhœrter wohlgegründeter Verſuch der Univerſal-Vermehrung aller bäume, ſtauden-und blumen-Gewächſe, das erſtemahl theoretice und practice experimentiret, I. und II. Theil. *Regenſpurg, und Leipſick*. 1716. *in fol.*

E lingua Germanica in Gallicam verſus eſt a S... C... ſequenti titulo inſignitus: L'Agriculture parfaite, ou nouvelle découverte touchant la culture, & la multiplication des arbres, des arbuſtes, & des fleurs. *Amſterdam. Pierre de Coup*. 1720. *in* 8. *Planch*. 31. Falc.

In linguam Belgicam etiam tranſlatus eſt.

ALAMANNIUS [*Ludovicus*] Florentiæ natus V. Kal. Nov. an. 1495. Obiit Ambaciæ XIV. Kal. Maii an. 1556.

Bocch. Elog. vitor. Flor.

La Coltivazione. *Parigi. Ruberto Stefano*. 1546. *in* 4. *verſibus*.

—— Firenza, *preſſo Bernardo di Giunti*. 1546. *in* 12.

—— Firenza, *preſſo l'iſteſſo*. 1549. *in* 8.

Primum edit. *Venetiis* an. 1539.

—— Con le Api di Giovanni Rucellai Gentiluomo Fiorentino, e colle annotazioni di Ruberto Titi ſopra le Api. *Firenze preſſo i Giunti*. 1590. *in* 8.

—— Gl'iſteſſi, con una lettera del ſig. Giovanni Checozzi Vicentino in difeſa del Triſſino, due tavole, e varie notizie intorno alla vita e gli ſcritti de' due Poeti. *Padoua. Giuſeppe Comino* 1716. *in* 4. Falc. Editio elegans.

Hæc editio reperitur etiam cum impreſſionis anno 1718, Fraude Bibliopolæ, qui Titulum mutavit.

L. CLOD. SEPT. ALBINUS Adrumetinus Romanorum Imperator, agricolandi peritiſſimus, Georgica ſcripſit, ut refert Capitolinus. In Albin.

AMPHILOCHUS Athenienſis à Varrone, Plinio, & Columella laudatus, de Agricultura ſcripſerat. l. 1. c. 1. in ind. l. 8.

ANATO-

ANATOLIUS cujus varia fragmenta in Geoponicis referuntur. Ejuſdem fragmentum περὶ συμπαθειῶν evulgavit Fabricius Bib. Gr. t. 4. c. 29.

ANAXIPOLIS Thaſius inter rei ruſticæ Auctores à Varrone, Plinio, & Columella refertur. l. 1. c. 1.

ANDROTION Ἀνδροτίων rei ruſticæ Scriptor, cujus patria ignoratur, à Varrone, Plinio, & Columella laudatus. Hujus Georgicorum librum citat Athenæus l. 3. De illo etiam loquitur Theophraſtus. l. 2. hiſt. plant. c. 8. & 3. c. 15. de Cauſis.

ANGELITA ROCO [*Joannes Franciſcus*] *Accademico diſuguale.*

I Pomi d'oro, dove ſi contengono due Lezioni, de' Fichi l'una, e de' Meloni l'altra; nelle quali non ſolo ſi ſcorgono le lor lodi, e le loro excellenze, ma ſi ſcoprono molti ſegretti per uſarli, e per coltivarli. *Ricanati. Ant. Braida.* 1607. *in* 4.

ANGELIUS [*Nicolaus*] *Vid.* Catonem.

ANGRAN de Rizeneuve, Regis Galliarum à Conſiliis, Aureliani.

Obſervations ſur l'Agriculture, & le Jardinage, pour ſervir d'inſtruction à ceux qui deſirent de s'y rendre habiles. *Paris. Claude Prudhomme.* 1712. *in* 12. *vol.* 2. B. R. Journ. des Sçav. Fevr. 1712.

ANJOU [*Petrus ab*] Presbyter. *Vid.* Chomel.

ANTIGONUS Cumanus a Cyme Eolidis inter Auctores rei ruſticæ à Varrone, Plinio, & Columella reponitur. l. 1. c. 1.

ANTIPHON qui Georgica compoſuit ut refert Athenæus l. 14. p. 650. Ἀντιφῶν δ' ἐν τῷ περὶ γεωργικῶν.

APOLLODORUS Lemnius, rei ruſticæ ſcriptor à Varrone, & Plinio laudatus. l. 1. c. 1.

APOLLONIUS Pergamenus, à Varrone, Columella, & Plinio inter auctores rei ruſticæ refertur. Illum eſſe ſuſpicatur Harduinus, qui περὶ βοτάνων volumen ſcripſit, & περὶ τῶν εὐπορίστων φαρμάκων. l. 1. c. 1.

APSYRTUS Pruſæ in Bithynia natus. Vixit Conſtantini tempore, & ex illius ſcriptis multa referuntur in Geoponicis. Suidas.

L. APULEIUS Madaurenſis ex Madaura Africæ civitate. De arboribus, & quibusdam aliis ad rem ruſticam ſpectanti- Fabr. bib. Lat. l. 4. c. 2.

tantibus ſcripſerat volumina, quæ perierunt, & quæ ſæpe citantur in Geoponicis Græcis.

ARATUS Solenſis e Solis Ciliciæ civitate fuit. Vixit ante Chr. 260. an. Hic ſæpius citatus in Geoponicis Græcis.

ARCHELAUS Rex qui de cultura agri præceperat teſte Plinio l. 18. c. 3.

l. 1. c. 1. ARCHYTAS Tarentinus Pythagoreus, inter auctores rei ruſticæ à Varrone & Plinio adnumeratus.

ARISTANDER Athenienſis. De re ruſtica ſcripſit;
l. 1. c. 1. & à Varrone, & Columella auctor probatiſſimus nuncupatur.

ARISTOMACHUS qui de conditura vini opus fece-
l. 11. c. 9. rat, & à Plinio laudatur. Num idem cum illo à Columella
l. 9. c. 13. memoratus, qui de cura Apum ſcripſerat, & cujus patria Solis erat?

ARISTOMENES cujus patria ignoratur; inter rei
l. 1. c. 1. ruſticæ auctores à Varrone & Columella relatus.

ARISTOPHANES Mileſius à Plinio laudatus in indice lib. 8. Hujus Georgica citat Theocriti Scholiaſtes ad
l. 1. c. 1. Idyl. I. v. 48. Hic quoque à Varrone laudatur, non tamen Mileſius à Mileto, ſed Mallotes ex Mallo Ciliciæ oppido vocatus.

ARISTOTELES Stagirita, natus an. 1. Olymp. XCIX. Obiit Olymp. CXIV. 3.

Oeconomicorum libri duo tranſlati è Græco in Latinum à Leonardo Aretino. *Lipſiæ ap. Martinum Landſpercgk.* 1511. *in fol.* ex. cat. bib. Rivin.

Iidem ex interpretatione Bernardini Donati Veronenſis. *Venetiis ap. Hier. Scotum* 1540. *in* 8. Gr. & Lat.

Iidem in Latinum verſi à Joachimo Camerario. *Ext.* in variis editionibus Operum Ariſtotelis.

ARISTOTELES hortulanus loci *Puteaux* vocati.

Inſtruction ou l'art de cultiver toutes ſortes de fleurs, avec des inſtructions pour cultiver & greffer les arbres fruitiers. *Paris. Charles de Sercy.* 1677. *in* 12.

In eodem libro: Obſervation ſur le livre du Curé d'Henouville, ou de l'Abbé de Pont Chateau de Camboût de Coaſlins jardinier de Port royal. B. R.

Inſtruction pout le jardin potager, avec l'art de cultiver les fleurs, & les arbres fruitiers. *Paris, chès le même.* 1678. *in* 12. Falc.

l. 1. c. 1. ATHENAGORAS Scriptor rei ruſticæ cujus patria ignoratur, à Varrone & Columella laudatus.

ATTA-

ATTALUS Philometor, Pergami Rex, inter auctores rei ruſticæ à Varrone & Columella reponitur, & à Plinio laudatur. l. XVIII. c. 3. l. 1. c. 1. Ind l. 1.

ATTICUS [*Jul.*] Romanus ſcriptor, qui de vitium cultura ſingularem librum edidit, teſte Columella l. 1. c. 1.

AUGUSTINUS [*Michael*] Prior Eccleſiæ Ruſcinonenſis.

Libro de los ſecretos de Agricultura, caſa de campos, y paſtorit, traducido de lingua Catalana en Caſtellano del libro que el miſmo Autor ſaco al luz el año 1617. con addicion del quinto de las caças. *Zaragoza, per la viuda de Pedro Vergos.* 1636. *in* 4. B. R.

AUSTEN [*Rodolphus*].

A Treatiſe of fruit trees, ſhewing the manner of planting, grafting, pruning, and ordering of them in all reſpects, according to rules of experiences gathored in the ſpace of thirty ſeven jears. *Oxford.* 1653. *in* 4.

Editio altera. *Oxford.* 1657. *in* 4.

Tertia, cui acceſſere obſervationes in partem hiſtoriæ naturalis Baconis, quæ de fructibus tractat. *Oxford. W. Hall.* 1665. *in* 12.

Hæ obſervationes antea impreſſæ fuerant ſeparatim *Oxonii ap. Henr. Hall.* 1658. *in* 4.

AYRAL [*Petrus*].

Table pour connoitre le tems auquel on peut ſemer pluſieurs ſortes de graines. *Jungitur Prædium ruſticum* Caroli Stephani, *&* Joannis Liebautii. *Vid.* Liebautium.

B.

BACCHIUS Mileſius, à Varrone & Columella inter Scriptores rei ruſticæ laudatur. l. 1. c. 1.

BACCIUS [*Andreas*] ex oppido Cluana, nunc *S. Elpidio* vocato. Medicus Sixti V. Pontificis Maximi.

De naturali Vinorum hiſtoria, de Vinis Italiæ, & de conviviis Antiquorum libri VIII. Acceſſit de factitiis, & Cereviſiis, deque Rheni, Galliæ, Hiſpaniæ, & totius Europæ vinis, atque uſu tractatio compendiaria. *Romæ, apud Nicolaum Mutium* 1596. 1597. 1598. *in fol.* Falc.

—— Francofurti, *apud Nicolaum Steinium.* 1607. *in fol.*

BACONUS [*Franciſcus*] de Verulamio, S. Albani Vicecomes, Angliæ Cancellarius, natus in Palatio Eboracenſi juxta Londinum anno 1560. Obiit an. 1626. ætatis 66. Gul. Rawleius vitam ejus ſcripſit.

In Sylvæ Sylvarum, *ſive* Hiſtoriæ naturalis *Centuriis* V *&* VI *varia experimenta ad germinationem, plantas, & fructus ſpectantia edidit Anglico ſermone,*

mone, quæ deinde in Gallicam linguam tranſlata ſunt, & in Latinam; quarum verſionum ſequentes editiones nobis innotuere.

Hiſtoire naturelle, traduite du Latin de François Bacon par Pierre Amboiſe Sr. de la Magdelaine. *Paris. Sommaville.* 1631. *in* 8.

Sylva Sylvarum, ſive Hiſtoria naturalis, in Latinum verſa à Jacobo Grutero Medicinæ Doctore. *Lugd. Batavorum, apud Franciſcum Hackium.* 1648. *in* 12.

—— Amſtelædami, *ap. Elzevirium* 1661. *in* 12.

Extat etiam in ejuſdem Auctoris Operum collectione, quæ prodiit Francofurti ad Mœnum, ap. J. B. Schönwetterum 1665. *in fol.*

R. Auſtenius Obſervationes in Baconi Centurias quasdam edidit, Anglicè. Oxonii ap. Hall. an. 1658. *in* 4.

BAILY [*Nathanel*].

Dictionarium ruſticum, or a Dictionary of all ſorts of country affairs, handicraft, trading, and merchandizing, containing more particularly the whole art of gardening. *London. J. Wicholſon.* 1704. *in* 8. Sloan.

—— The ſecond edition. *London.* 17. . . *in* 8.

—— Third edition improved, with addition of above three hundred articles. *London. James and John Knapton.* 1726. *in* 8. *vol.* 2. Sloan.

BALESDENS [*Joannes*] in Curia Pariſienſi, cauſarum Patronus, & Academiæ Gallicæ Socius. Obiit an. 1675. *Vid.* Brouaut.

Simpl. c. 97.

BARBIOS. Joannes Serapio hujus auctoris librum de Agricultura citat.

BARPO [*Joannes Baptiſta*] Bellunenſis.

Le delicie e i frutti dell' Agricoltura e della Villa. Libri tre. *Venezia, preſſo Sarzina.* 1633. *in* 4. B. R.

BARPTHOLOMEUS [*Nicolaus*] *Vid.* Columellam.

BARATTUS [*Liberus*] *Vid.* Magazzinum.

Needham præf. Geopon. Fabr. bib. Gr. to. VI. p. 500.

BASSUS [*Caſſianus*] Scolaſticus, cui Geoponicorum collectio tribuitur.

De Scriptore qui hanc Geoponicorum collectionem adunavit, acerrimè inter viros doctos contenditur. A quibuſdam Conſtantino Pogonato tribuitur, ſed hæc opinio, à Jano Cornario primùm excogitata, paucos fautores habuit: alii, ut Valeſius, & Voſſius, Conſtantino Porphyrogeneto, Baſilii Macedonici nepoti, illam adſcribunt. *Brodeau*, & Ant. Mizaldus, Caſſio Dionyſio Uticenſi: Harduinus Vindanionio, ſive Vindanio Anatolio Berytio, de quo Photius loquitur. Major vero Scriptorum numerus Caſſiano Baſſo Scholaſtico illam tribuit, ut rectius cenſent Junius, Barthius, Salmaſius, Eraſmus, Camerarius, & Needham. Sed etſi hic Auctor rem de qua ſermonem habet, dicat ſe feciſſe in loco Maratonymi ex quo originem ducit, ignoratur tamen, & patria & locus. Τοῦτο φαίνομαι πεποιηκὼς ἐν τῷ Μαρατωνύμῳ χωρίῳ, ὅθεν ὁρμῶμαι, καὶ ἐν ἑτέροις οἷς κέκτημαι ἀγροῖς.

Conſtantini Cæſaris ſelectarum præceptionum de agricultura libri XX. Jano Cornario interprete. *Baſileæ* 1538. *in* 8. Ex An. typ. Mett.

—— Vene-

—— Venetiis, *eod. anno in* . . . . Ex cat. Needh.

—— Baſileæ, Joannis Alexandri Braſſicani opera in lucem editi, *Græcè.* Item Ariſtotelis de Plantis libri duo primùm editi. *Romanus Winter.* 1539. *in* 8. Ex Mett. An. typ.

—— Baſileæ. 1540. E cat. bib. Matfeld. n. 1996.

—— Lugduni, ex verſione Jani Cornarii *Ap. Gryphium.* 1541. *in* 8. E cat. bib. Dubois.

* Aliquas annotationes Latinus Latinius fecit in hanc editionem, quæ extant in ejuſdem Bibliotheca. p. 28.

—— Tradotto in Italiano da Pier Lauro Modoneſe. *Venezia, appr. Gabr. Giolito.* 1542. *in* 8. B. R.

—— Tradotto nell'iſteſſa lingua da Nicolò Vitelli. *Venezia, preſ. Borgo franco.* 1542. *in* 8. B. R.

—— Dall'iſteſſo. *Venezia, preſſo Bartolomeo detto Imperadore.* 1554. *in* 8. E cat. bib. Rivin.

—— Octo ultimi libri ex Græcis Latini facti, Andrea à Lacuna Secobienſi interprete, cum caſtigationibus Cornarii. *Coloniæ.* 1543. *in* 12. Falc.

Caſſii Dionyſii Uticenſis de agricultura libri XX. hactenus Conſtantino Cæſari adſcripti, Jano Cornario interprete. *Lugduni, ap. Antonium Vincentium.* 1543. *in* 8. B. R.

—— Traduits en François, par Antoine Pierre de Narbonne, Licentié en Droit. *Poictiers.* 1545. *in* 12.

—— Traduits & revus de nouveau par ledit autheur. *Paris, Maurice Mênier.* 1550. *in* 12.

—— Par le même, & revus par Louis Rabus de Memmingen. *Strasbourg.* 1551.

—— Les mêmes. *Lyon. Thibaud Payen.* 1557.

—— Les mêmes. *Strasbourg. Sam. Emmel.* 1566. *in* 8.

—— Les mêmes. *Lyon, chés Th. Payen.* 1597. *in* 16. Falc.

—— En Allemand, traduits par Melchior Herren. *Strasbourg.* 1545. *in* 4. B. R.

—— ΓΕΩΠΟΝΙΚΑ. Geoponicorum, ſive de re ruſtica libri XX. Caſſiano Baſſo Scholaſtico collectore, antea Conſtantino Porphyrogenito à quibusdam adſcripti, Græcè & Latinè. Græca cum Mſſ. contulit, prolegomena, notulas, & indices Petrus Needham, Artium Mag. Collegii D. Joannis Cantabrigienſis Socius. *Cantabrigiæ, typis Academicis.* 1704. *in* 8. Falc. Jour. des Sçav. Aouſt. 1705. Bib. choiſ. t. n. p. 329.

BAUTHOR [. . . . .] Commercii Gallici ſummus Rationarius.

Maniere & façon d'enter, ſemer, & faire pépinieres de Meuriers blancs, avec l'utilité & profit d'iceux. *Paris. Nicolas Rouſſet.* 1604. *in* 12.

BEALE [*Joannes*] Rector loci *Teovil* dicti, & Regi Angliæ à Sacris.

Queries concerning vegetation, eſpecially the motion of juices of vegeta-

getables, communicated by ſome curious perſonne. *Ph. Tranſ.* n. 40.

Inquiries concerning the uſe and culture of the Kitchin-garden, and winter greens. *In iisd.* n. 40.

Some communications about vegetables publiſh'd in numb 40. of Phil. Tranſ. by Dr. Beale, and Ezerel Tongue. *In iisd.* n. 44.

Continuation of the answers to the queries about vegetation. *In iisd.* n. 44.

Additional answers of Dr. Tongue to ſome of the queries about vegetables printed in n. 43. *In iisd.* n. 43.

Dr. Jean Beale's inſtances promiſed in n. 42. and intended to ſhew the correſpondance of the pith and timber with the ſeed of the plant, and that of the ſap in the bark with the pulp of the fruit, or ſome encompaſſing coat or cod containing the ſeed. *In iisd.* n. 46.

Promiſcous additions made by Dr. Tongue to what was communicated by the ſame in n. 43. and 44. concerning vegetation. *In iisd.* n. 46.

Some conſiderations upon Mr. Reed's letter ſhewing in what ſenſe the ſap may be ſai'd to deſcend, and to circulate in plants; and the graft to communicate with the ſtock: as alſo what choice of apples for the delicaty of the liquor in peculiar ſeaſons, and for eaſie, and ſpeedy propagation: pears for ſome lands proper: their choice for manifold uſes, eſpecially for pleaſant, or for laſting liquor, and how to be planted, and order'd for the beſt advantage. The beſt ſeaſon for tranſplantation. An Apiary, or diſcipline of Bees. *In iisd.* n. 71.

Advertiſſements on the *Vinetum Britannicum* of John Worlidge. *In iisd.* n. 124.

Agreſtick obſervations. *In iisd.* n. 116.

An account for make the Cyder. *Vid.* Evelyn.

Ant. Laurentius an. 1677. nonnullas hujus Auctoris epiſtolas de Agricultura evulgavit. *Vid.* Laurentium.

BELLEFOREST [*Franciſcus*] ex Lugduno Convenarum.

Secrets de la vraye agriculture, & honêtes plaiſirs qu'on reçoit en la ménagerie des champs, traduits de l'Italien d'Auguſtin Gallo. *Paris. Nicolas Cheſneau.* 1571. *in* 4. B. R.

BELONIUS [*Petrus*] Cenomanus, Medicinæ Doctor Pariſienſis, natus in vico *Oyſay*, vel *Foulletourte* in Cenomanorum regione. Obiit Romæ an. 1555. ætatis ſuæ 65.

Remontrances ſur le défaut de labour, & culture des plantes, & de la connoiſſance d'icelles, contenant la maniere d'affranchir & apprivoiſer les arbres ſauvages. *Paris. Guillaume Cavelat.* 1558. *in* 8.

—— Eædem in Latinum verſæ à Car. Cluſio. *Antuerpiæ, ap. Plantinum.* 1589. *in* 12.

Extant etiam cum Exoticis ejuſdem Cluſii impreſſis. *Antuerpiæ an.* 1605. *in fol.*

BENT [*Thomas*].

The way of making Pitch, Tar, Roſin, and Turpentine. *Ph. Tranſ.* n. 243.

BEROALDUS [*Philippus*] *Vid.* Varronem, & Catonem.

BERYTIUS vel Berytus. Num idem quem Suidas Ἕρμιππος Βηρύτιος nuncupat, qui vixit Hadriani tempore? Is ſæpe in Geoponicis græcis citatur. Phot. Tm. 163.

BESNIER [. . . . . . .].

Le jardinier botaniſte, ou la maniere de cultiver toutes ſortes de plantes, fleurs, arbres, & arbriſſeaux; avec leur uſage en Médecine; enſemble toutes les plantes étrangeres qui peuvent être propres pour l'embeliſſement des jardins. *Paris. Prud'homme.* 1705. *in* 8.

—— Paris. 1712. *in* 12. Ex bib. Rivin. cat.

BIANCHINUS [*Joſephus*] *Vid.* Vettorium.

BION Solenſis, à Solis Ciliciæ oppido natali ſolo nomen habet. A Varrone inter auctores qui de re ruſtica ſcripſerunt, adnumeratur.

BLAKE [*Stephanus*].

The compleat gardiners practice. *London.* 1664. *in* 4.

BLANKAARD [*Stephanus*] Medicinæ Profeſſor Amſtelodamenſis.

Der Nederlandſchen herbarius &c. *Amſterdam, Joan. Horn.* 1698. *in* 8.

BLASIUS [*Bernardus*].

De laudibus vitæ ruſticæ ad II. Oden Horatii. *Florentiæ, ap. Juntas.* 1613. *in* 4. Ex cat. bib. Card. Imp.

BLITH [*Gualterius*].

The Engliſh improover, or a New Survey of husbandry, diſcovering to the Kingdome that ſome land, both arrable and paſture, may be advanced double or treeble, other land to a five or ten fold: and ſome to a twenty fold improvement, yea ſome now not worth above one or two ſhillings per acre be made worth thirty or forty if not more. *London. J. Wright.* 1649. *in* 4. Sloan.

—— The Engliſh improver improved. *London.* 1652. *in* 4. B. R.

BLOCH [*Joannes Eraſmus*] Hortulanus.

Horticultura Danica. *Hafniæ.* 1647. *in* 4. Ex Barth. de Script. Dan.

BLOND [*Alexander*].

La theorie & pratique du Jardinage, où l'on traite à fond des beaux jardins, appellés communément les jardins de propreté, comme ſont les parteres, les boſquets, les boulingrins &c. avec des remarques, & des

 regles

regles generales ſur tout ce qui concerne le jardinage. *Paris. Jean Mariette.* 1709. *in* 4.
—— *Amſterdam, & la Haye,* 1711, *in* 4.
—— *La Haye,* 1716, *in* 4.
—— *Paris,* 1722, *in* 4.
—— *La Haye,* 1740. *in* 4.
In linguam Anglicam verſus à Joanne Jacobo Greenwicenſi cum titulo: *The theory and practice of gardening &c. London.* 1712. *in* 4.
—— Ibidem, *ap. Bernard. Lintot.* 1728. *in* 4.

BOATE [*Gerardus*].

Ireland's natural hiſtory, being a true and ample deſcription of its ſituation, greatneſſ, ſhape, and nature of its hills, woods &c. *London* 16. . . .

Cap. X. XI. & XII. de agricultura Hiberniæ tractavit.

Iterum edita à Samuele Hartlibio. *Londini. Joan. Wright.* 1652. *in* 8.
A Petro Briot in linguam Gallicam verſa & edita. *Pariſiis ap. Ninville.* 1666. *in* 12. vol. 2.

BOECLERUS [*Joannes*].

De Vino. *Argentinæ.* 1716. *in* 4. Ex cat. bib. Rivin.

BOICEAU [*Jacobus*] Dominus *de la Baraudiere*, hortorum Regis Galliarum Præfectus.

Traité du jardinage, ſelon les ſaiſons de la nature & de l'art, en III. livres. *Paris.* 1638. *in fol.* B. R.
Traité du jardinage, qui enſeigne les ouvrages qu'il faut faire pour avoir un jardin dans ſa perfection, avec la maniere de faire des pépinieres, greffer, enter &c. les arbres; & une inſtruction pour faire des longues allées de promenade, & bois taillis. *Paris. Charles de Sercy.* 1689. *in* 12. Falc.
Paris, *chez le même.* 1707. *in* 12.

BOLUS Mendeſius, Aegyptiæ gentis ſcriptor, qui de cura pecorum, & de re ruſtica commentarios ediderat, ut innuere videtur Columela l. 7. cap. 5. & l. II. cap. 3.

BON [. . . . .] Rationum Curiæ Monſpelienſis primus Præſes.

Moyen de rendre utile les Marons d'Inde, en leur ôtant leur amertume *Ext. in* Act. Ac. Scient Par. an. 1720. p. 460.

BONAMICUS [*Lazarus*].

Rei ruſticæ encomium *verſibus. Ext. cum* opuſculis de re ruſtica Joach. Camerarii.

BONARDUS [*Joannes Maria*].

Le richezze d'Agricoltura, nelle quali ſi danno ammaeſtramenti per acc-

creſcer le rendite de' campi, e belliſſimi ſecreti, ſi in materia di piantar, e inneſtare alberi e viti; come di vini & aceti &c. *Venezia.* 1586.

—— Venezia. 1601. *in* 8. B. R.

—— *Ibidem*, mandate in luce da Luigi Grotto cieco d'Adria. 1619. *in* 8.

—— In Trevigi. *Girolamo Righettini.* 1654. *in* 12. Sloan.

BORRO [*Alexander de*].

Il carro di Cerere, overo i tre problemi di Baliſtica propoſti in Firenze ad Aleſ. del Borro, e da eſſo ſciolti, per la coſtruzione d'un nuovo inſtrumento faciliſſimo, e di poca ſpeſa, con cui ſi potranno ſeminare le campagne ſecondo qualſivoglia proporzione, e ordine &c. *Lucca. Dom. Ciufetti.* 1699. *in* 4.

BOULAY [*Jacobus*] Canonicus Aurelianenſis.

Maniere de bien cultiver la vigne dans le vignoble d'Orleans. *Orleans.* . . . . .

—— Seconde édition. *Orleans, François Borde.* 1712. *in* 12. B. R.

—— Troiſieme, plus ample que les précédentes. *Orleans. Jacques Rouſſeau.* 1723. *in* 8. Jour. des Sçav. Juin 1724.

BRADLEYUS [*Ricardus*] Botanicæ Profeſſor Cantabrigienſis, & Societatis Anglic. Socius.

New improvements of planting and gardening, both philoſophical and practical, explaining the motion of the ſapp, and generation of plants, with other diſcoveries never before made publick, for the improvement of foreſt trees, flower gardens or parterres: with a new invention whereby moro deſigns of garden platts may be made in an hour, than can be found in all the books now extant. Likewiſe ſeveral rare ſecrets for the improvement of fruit trees, Kitchen-gardens, and green houſe. *London. W. Mears.* 1717. *in* 8.

The ſecond edition. *Ibid.* 1718. *in* 8.

The third edition. *Ibid.* 1731. *in* 8.

The Gentleman and gardners kalendar, directing what is neceſſary to be done every month in the kitchen-garden, fruit-garden, nurſery, management of foreſt trees, green houſe, and flower garden; with directions for the making and ordering hop grounds. To which is added the deſign of a green houſe [finely engraved] after a new manner contriv'd purpoſely for the good keeping of exotick plants by Galilei of Florence. *London. W. Mears.* 1718. *in* 8.

New experiments and obſervations, relating to the generation of plants, occaſion'd by a letter publiſh'd in the Phil. Tranſactions by Patrick Blair M. D. Together with an account of the extraordinary vegetation of Peaches, Abricots, Nectarines, Plums, Cherries, Figs, Wines, Groſsberries, Curraus &c. as they were artificially cultivated this ſpring 1724. *London. T. Corbett.* 1724. *in* 8. Sloan.

A ſurvey of the ancient husbandry and gardening, collected from Cato, Varro, Columella, Virgil, and other te moſt eminent writers among the

thee Greeks and Romans. Wherein many of the moſt difficult paſſages in thoſe authors are explain'd, and the whole render'd familiar to our climate: with variety of new experiments, adorned with cuts, with a preface ſhewing the uſe of husbandry, and the neceſſity of erecting public gardens. *London. B. Motte.* 1725. *in* 8. Sloan.

A general treatiſe of husbandry and gardening, containing a new ſiſtem of vegetation, illuſtrated with many obſervations and experiments, in two volumes formerly publiſh'd monthly, and new methodiz'd and digeſt'd under proper heads, with additions and great alterations, *London. printed for T. Woodward.* 1726. *in* 8.

The experimental husbandman and gardener, containing a new method of improving eſtates, and gardens, by cultivating and increaſing of foreſt trees, coppice woods, fruit trees, ſhrubs, flowers and green houſes, and exotick plants after ſeveral manner &c. With great variety of new diſcoveries relating to graffing &c. With ſeveral new experiments for the fertilizing of ſtubborn ſoils by G. Agricola, tranſlated from the original. The ſecond edition. To wich is now added an appendix containing a variety of experiments practiſed upon the above ſyſtem. *London. W. Mears.* 1726. *in* 4. Sloan.

Kalendarium univerſale, or the gardiners univerſal Calendar, containing an account of the ſeveral monthly operations in the kitchen-garden, flower garden, and parterre throught the year; and alſo experimental directions for performing all manner of works in gardening wheter relating to ſowing, planting, pruning herbs, flowers, ſhrubs, trees evergreens &c. with the products of each month. *London. John Clarke.* 1726. *in* 12.

The complete ſeedsman, ſhewing the beſt and eaſieſt method for raiſing and cultivating every ſort of ſeed, belonging to a kitchen and flower garden, with neceſſary inſtructions for ſowing of berries maſt, and ſeeds of evergreens, foreſt trees, and ſuch as are proper for improving of land, by Benj. Towſend, formerly gardner to the Lord Middleton. To which is added a catalogue of the ſeeds plants mentioned in this tract, and to be found in a ſeedsman 's ſhop recomanded by R. Bradley. *London. W. Mears.* 1720. *in* 8.

The practical diſcourſes concerning Earth and Water, Fire and Air, as they relate to the growth of plants; with a collection of new diſcoveries for the improvement of Lond, either in the farm or garden. *Weſtminſter J. Cluer.* 1727. *in* 8. Sloan.

The weekly miſcellany for the improvement of the improvement of husbandry, trade, arts, and ſcience in n. 21. The firſt 4. July 1727. The 21. Nov. 21. of the ſame year. *London, for J. Roberts.* 1727. *in* 4. Sloan.

The ſcience of good husbandry, or the Oeconomies of Xenophon, ſhewing the method of ruling and ordering a family, and of managing a farm to beſt advantage, tranſlated from the Greek. *London. Thomas Corbet.* 1727. *in* 8. Sloan.

The

The complete body of husbandry, collected from the practice and experience of the moſt conſiderable farmers in Britain, particularly ſetting forth the various ways of improving land, by hollow ditching, dreining, double plowing, graſſing, encloſing, watering, and manuring: with particular directions for the fertiliſing of broom ground, heath ground, furzo, bushey, and chillurn ground. Alſo the method of improvement by aſſorting proper plants to lands, and of ſhifting of crops. To which is added ſeveral particulars relating to the preſervation of the game, and profits of arable, paſture, meadow, and wood lands. Adorn'd with cuts. *London. David Lyons.* 1727. *in* 8.

The country gentleman and farmer's monthly director, containing neceſſary inſtructions for the management and improvement of a farm in every mouth of the year. The 2. edition. *London. David Lyon.* 1727. *in* 8.

The country Gentleman Part. II. *London. D. Browne.* 1732. *in* 4.

—— *Ibidem.* The firſt and 2. Part. *D. Browne.* 1736. *in* 8.

The country houſe wife and lady's director in the management of a houſe, and the delights and profits of a farm, containing inſtruction for managing the Brew houſe and malt liquors in the cellar, the making of wines of all ſorts, directions for the dairy in the improvement of butler and cheeſe, upon the worſt of ſoils thee feeding and making of brawn, the ordering of fiſh, fowl, herbs, roots, and all other uſeful branches belonging to a country ſeat in the moſt elegant manner for the table, practical obſervations concerning diſtilling: with the beſt method of making ketchup, and many others curious and durable ſauces. The whole diſtributed in their proper months from the begining to the end of the year with particular remarks relating to the drying or kilning of ſaffran. The ſecond edition. *London Lyon.* 1727. *in* 8.

Poinciana. Buxbaus.
Poliifolia. Buxbaus.
Polion. Muſæus.
Pollen plantarum. Anon.
Poloniæ & Boruſſiæ hiſtoriæ naturalis Scriptores. Breynius.
Polygonum Polonicum. Segerus.
Polypodium. Slevogtius. Wedelius.
Pomaceum. Beale. Cook. Dubois. Evelyn. Hanmer. Neil. Nourſe. Newburgh. Philippus. Taylor. Worlidge.

Pommes de raquette. Labat.
Pomus bifera. Borrichius.
Pomum helleboratum pro febre quartana. Konigius.
Poma hyberna Sileſiaca. Sachs.
—— *monſtroſa.* Camerarius.
—— *terræ Voigtlandiæ.* Dithmar.
Potamopytis. Buxbaus.
Potiones antiquorum. Mercurialis.
Varia potuum genera. Brückmannus. Struppius.
Praxis botanica. Tilemannus.
Provinciæ plantæ. Garidel. Raius.
Proverbia ruſtica. J. Camerarius.
Prouvenzalia. Petitus.
Prunorum fructus monſtroſi. R. J. Camerarius.
—— *fructus ſylveſtres.* Reaumur.
Pſalacanthus. Ptolemæus.
Pſeudorchis. Trew.
Pulſatilla. Helwing.
Pyrethrum. Marius. Slevogtius.
Pyri anatome. du Hamel.
Pyra florentia. Schmiederus.
—— *immatura, anorexiæ, & vomitûs medela.* Stolterfoht.
—— *monſtroſa.* Bautzmannus. Gockelius.
Pyrus Pyro innatus. Borrichius.
—— *ſylveſtris, florem ex apice ferens.* Lentilius.
Pyrola vulgaris. Blair.
—— *unicapſularis.* Blair.

Q.

Q*UÆSTIONES de plantis.* Peyerus.
Quercûs hiſtoria. du Choul.
—— *nivea.* Breynius.
Quercuum gallæ. R. J. Camerarius.
Baccæ floribus Quercuum adnatæ. Reiſelius.

R.

R*ADIX amara Homeri.* Wedelius.
—— *arundinacea Plinii.* Trew.
—— *delle Manique.* Redi.
—— *Joan. Lopez Pineiro.* Redi.
—— *Queijo vel Cheggio.* Redi.
De radicum extractionibus. Albinus.
Ranunculus faſciatus. Borrichius.
—— *hortenſis.* Grundelius.

Rapa monſtroſa. Sachs.
Raparum vegetatio. Deſaguliers.
Raphanus. Moſchion.
—— *monſtroſus.* Wedelius.
Raphani ruſticani uſus in pleuritide. Hermannus.
Rapunculus. Pontedera.
Remediorum enchiridion. Goclenius.
Reſina. Burgundus.
—— *Ægyptia Plauti.* Wedelius.
—— *Ambræ facie.* Breynius.
—— *Piceæ & Pini.* Robergius. Rumphius.
Reſinæ conficiendæ modus. Axtius. Bent.
Rhabarbarum. Betus. Hollſtein. Tilingius. Wedelius.
—— *Gallicum.* Champier.
Rhaponticum. Alpinus.
—— *montium Biterrenſium.* Bouliet.
Rhodium lignum. Chambers.
Ribes Arabum. J. Breynius. Chambers.
—— *nigrum.* R. J. Camerarius.
Ricinus Americanus. Fiſcherus.
—— *Scripturæ ſacræ.* Garofolo.
Ricinocarpos. Marchant.
Ricinoïdes ex qua paratur Tourneſol *Gallorum.* Niſſolius. Pontedera.
Regiomontanæ plantæ. Cyſatus.
Rocou. Labat.
Romanæ plantæ. Rogerus.
Rorella. Brendelius.
Roſa. Caſtellus. Cluſius. Fumanellus. Monardes. Roſenbergius. Sylvius. Saltzmannus.
—— *duplex.* Schmidius.
—— *triplex.* Cnoeffelius.
—— *de Hiericho.* Mappus. Sturmius.
—— *pleniflora.* Stolterfoht.
—— *prolifera.* Graſſius. Hottingerus.
—— *ſaligna.* Eyſelius. Wincklerus.
—— *Saronica.* Roſenfeld.
Roſmarinus. Albertus. Fickius. Hannæus. Nebelius. Spies. Anon.
Roriſmarini balſamum. Courtois.
Ros e foliis Aurantiorum manans. Anon.
Ros ſolis avibus noxia. Borrichius.
Ros ſolis. Eyſelius.
Rubia tinctorum. Wurffbainius.
Rubus humilis Fragariæ folio &c. Kellander.
Rubus Idæus. R. J. Camerarius. Survey.
Ruſa Raii. Grim.
Ruſcus. Zannichellius.

Ruſſiæ plantæ. Deſchiſaux.
Ruta. Slevogtius.
—— *muraria in cranio humano enata.* Bernardus.

S.

SABINA. Wedelius.
—— *Scripturæ ſacræ.* Wedelius.
Saccharum. Burgundus. Deuſingius. Hoffmannus. Iſaacus. Kirchmaierus. Möllerus Salmaſius. Stolterfoht. Anon.
—— *ex ſucco Aceris.* Dudley.
Sacchari & ſpiritus vini conſanguinitas. Faccius.
Sagou. Leauté.
Salvia. Hunaud. Parthenius. Paullinus. Wedelius.
Salviæ infuſio. Stenzelius.
—— *folium glandiferum.* Volckamerus.
Salzaparilla. Cardanus. Galeanus. Heſſus. Minettus. Anon.
Sambucus. Wedelius.
Sambuci anatomia. Blochwitz.
—— *baccæ* Langius.
Samiæ plantæ. Daniel.
Sandalum. Fallopius.
Sandaracha. Caſtellus.
Sanicula officinarum. Reneaulmus.
Santali citrini cortex. Grim.
Sardanhæ ſinus plantæ. Rhyne. Breynius.
Saſſafras. Neander.
Saxifraga. Marius.
—— *Alpina.* Hallerus.
Scabioſa prolifera. Borrichius.
Scammonea. Caſtellus.
Scandella. Peccana.
Sceptrum Carolinum. Rudbeckius.
Schoenantes Amboinicus. Mentzelius. Rumphius.
Scilla. Albertus. Baierus. Corvinus.
Scirpus Africanus. Buxbaus.
Scordium. R. J. Camerarius. Francus. Kleinknecht. J. A. Wedelius.
Scorzonera. Clavena. Fehr. Liſter. Monardus. Wedelius.
—— *mentana alexipharmaca.* Volckamerus.
Scotiæ plantæ. Sibaldus.
Scriptores botanici Sueciæ. Martinus.
Scriptores de herbis. Brunfelſius.
Scriptores rei ruſticæ. Camerarius.
Scrophulariæ aquaticæ vis. Lochnerus.
Secale corruptum. Perault.
Secalis ſpica mirabilis. Wincklerus.

Semen è regione Coromandel aquam limpidiſſimam officiens. Sloane.
Sementina. Jaegerus.
Semina (*elegantiſſimarum plantarum*). Bocconus.
Senna. Janvier. Mizaldus.
—— *Gallica.* Champier.
Senonenſes plantæ. Montſainƈt.
Serapias officinarum. Dale.
—— *Andreæ.* Lochnerus.
Serpentaria Virginiana. Baniſterus. Gokelius. Pontedera. Wedelius.
Serta flora Snecana. Palmberg.
Siamenſes plantæ. Tachard.
Plantæ Siculæ. Bocconus. Cupanus. Raius.
Plantæ Sileſiæ. Petiverius. Schwencfelt.
Simarouba. Juſſieu.
Sinapi Scripturæ Sacræ. Wedelius.
Simplicia in Medicina incognita. Villa.
Simplicium collectio. Heiſterus.
—— *electio.* Otto.
—— *Dioſcoridis exegeſis.* Brunfelſius.
—— *hiſtoria.* Lemery. Pomet. Valentinus.
—— *natura.* Philomelus.
—— *quæ apud Plinium ſunt interpretatio.* Collinutius.
Conſenſus Medicorum in cognoſcendis ſimplicibus. Baccanellus.
Siree oleum. Lochnerus.
Smilax aſpera. Caſtellus. Galeanus. Anon.
Sodomitica poma. Stohr.
Soedæ cortex. Grim.
Solanum melanoceraſum. Albrechtus. Dillenius. Ruckerus. Wagnerus. Welſchius.
—— *racemoſum.* R. J. Camerarius.
Soldanella. Francus. Gattinara. Soldan.
Herba Solſtitialis. Schmidius.
Sorbus pyriformis. Pitt.
Spetaculum botanicum. Franckenius.
Plantæ capitis bonæ Spei. Breynius. Sloane.
Spergula foliis Knavel, flore purpureo. Dillenius.
—— *foliis Knavel, flore purpureo, minore.* Dillenius.
—— *ſemine limbo foliaceo cincto.* Dillenius.
Spicilegium botanicum. Conradinus.
De ſpina coronæ Chriſti. Wedelius.
Spinachia androgyna. R. J. Camerarius.
—— *Cretica.* Pontedera.
—— *fragifera Aldini.* Pontedera.
Spitzbergenſes plantæ. Martens.
Spongia ſaxatilis. Reneaume.
Radix Sprengnurzel. Lentilius.

Stacte veterum. Lochnerus.
Planta ſtercorina. Grim.
Sternutatoria. Hoffmannus.
Stochornii montis plantæ. Aretius. Cordus. Rhellicanus.
Stœchadum inſularum plantæ. Hermentaire.
Stramonii ſemen noxium. Crugerus.
Stratioles aquatica. Trew.
Stychnomania. Faber.
Styrax liquida. Petiverius.
Succinum. Heſſus.
Succus plantarum nutritius. Beale. Blair. Bradley. Dodart. Fatchild. Grew. la Hire. Leewenhoeck. Magnolius. Malpighius. Reneaume. Sarrabat. Tonge. Willughby.
Summani montis plantæ. Zannichellius.
Suppellex botanica. Ammannus.
Suriamenſes plantæ. Merian.
Sycomorus. Meyer.
Sylphium. Lawrence.
Symphyti radix. R. J. Camerarius.
Syntagma herbarum. Ortelius.
Syſtema naturæ. Linnæus.

T.

TABACCUM. Albinus. Baillard. Blankaard. Clauderus. Cohauſen. Cuſſarius. Dorſtenius. Everartus. Falkenburg. Franckenius. Fridericus. Gohori. Labat. Langen. Marrandon. Mera. Prade. Raphelengius. Tappius. Thorius. Anon.
—— *Japonenſe.* Velſchius.
—— *Virginiæ.* Glover.
Tabacci abuſus & uſus. Baumannus. Jacobus. Lanzonius. Leiva. Oſtendorfius. Paullus. Schriverius. Schroverus. Vitaglianus. Anon.
—— *cultura in inſula Zeylanica.* Strachan.
—— *fumus.* Deaçon. Hunnerwolffius. Thebeſius.
—— *fumus pro tibiarum ulceribus.* Fromannus.
—— *jus.* Kelſnerus.
—— *miraculum.* Barnſtein.
—— *virtus.* de Caſtro. Monardus. Weſemannus.
—— *uſu vita brevior.* Fagon.
—— *uſus pro ſternutatorio.* Ferrant.
In Tabaccum epigramma. Durantes. *Poema.* Barrufaldus. Neander. Jacobus I.
Tabaccum lethi præſagum. Lochnerus.
Tabulæ collectionum ſimplicium. Geſnerus.
—— *phytoſophicæ.* Fridericus.
Tacamahaca. Breynius.

Tama-

Tamarindorum hiſtoria. Labat. Tournefortius.
Tampoe. Beze.
Plantæ Tangieri. Spotwood.
Taraxacus. Gatinara.
Tartariæ plantæ. Parennin.
Terebenthina. Wedelius.
—— *Gallica.* Champier. Hoffmannus.
Terebenthinæ faciendæ modus. Bent.
—— *facultates.* Champier. Mutius.
Tetragonolobus. R. J. Camerarius.
Tetraſpermos. R. J. Camerarius.
Tetrochis. Borrichius.
Textura plantarum. Anon.
Thapſia. Horſtius.
Thauzarghenta radix. Breynius.
The. Albinus. Blankaardus. Blegny. Bontekoe. Cleyerus. Emmerich. Gehema. Kæmpferus. Langen. Mappus. Meiſnerus. Molinaris. Paullus. Pechelinus. Petitus. Rhyne. Thile. Waldſchmidtius. Wepferus. Anon.
—— *Europæa.* Serer.
—— *Helvetica.* Faber.
—— *Romana*, *Hungarica*, *Sileſiaca.* Slevogtius.
—— *Romana.* Goritzius.
—— *decoctum in convulſionibus.* Stegmannus.
—— *faciendæ modus.* Chamberlaine.
—— *ad podagram utilis.* Friſe.
An The potus explicandi & emaciandi virtute polleat. Lutherus.
An The effectus herbæ vel aquæ ſint tribuendi. Baierus.
The ſpecies variæ. Cunninghamme. Yon.
Theſeum Theophraſti. Wedelius.
Theophraſti ſententiæ. Accorambonus. Odonus.
Thlapſi incanum &c. Volckamerus.
Thus. Hannæus.
Thya Homeri. Wedelius.
Tithymaloides. Kleen.
—— *Hybernicum virtute purgandi donatum falſo creditum.* Anon.
Traductio formarum in plantis. Sperlingius. Wolffius.
Tribulus aquaticus. Kirchmaierus.
Cur Triticum augeatur in horreo. Paganellus.
Trifolii cultura. Dithmar.
Trifolium antiarthriticum. Scholtzius.
—— *fibrinum.* Bokelmannus. Brodin. Eyſelius. J. Francus. Schroenius. Tilingius.
—— *quadrifolium.* Clauderus.
Tuba baccifera. Valentinus.
Tubera. Brückmannus. Ciccarellus. Geofroi. Robinſon.
Plantæ tuberoſæ. Laurembergius. Rudbeckius.

Tubin-

Tubingenſes plantæ. Vernoy.
Tugus Dioſcoridis. Camellus.
Tulipa. Schookius.
—— *de Alepo.* Urſinus.
—— *Turcarum.* Geſnerus.
Tuliparum catalogus. Muntingius.
—— *cultura.* la Cheſnée. Valnay. Triewald. Stapellius. Anon.
Turpetum. Horſtius.
Tuſſilago. Eyſelius.

V.

V*ADE mecum botanicum.* Johrenius.
Valeriana. Spies.
—— *monſtroſa.* Reiſelius.
—— *ſylveſtris.* Marchant.
Valetudo plantarum. Zwingerus. *Vid. Plantar. morbi.*
Vanilla. Juſſieu. Spies.
Vanillæ ſyrupus. Biet.
Vegetabilia magica. Hencherus.
—— *purgantia.* Dodoneus. Rolfinckius.
Vegetabilium affinitas cum mineralibus. Henckelius.
—— *germinatio in vegetabili.* Bernerus.
—— *indoles.* Gakenholtz.
—— *Statica.* Hales.
Vegetabile regnum. Depré.
Plantæ litoris Veneti. Donatus. Zannichellius.
Verbaſci vis antiepileptica. Blaw.
Verbenæ denominatio Germanica. Schmidius.
Plantæ quædam Veronenſes. Petiverius. *Vid. Baldi montis plantæ.*
Veronica. Braſſavolus. Eyſelius. J. Francus. Hoffmannus.
—— *Alpina Bugulæ facie.* Hallerus.
—— *ſpicata foliis Veronicæ Officinarum.* Dillenius.
Veronicæ comparatio cum The Siniticâ. J. Francus.
—— *vis traumatica.* Fromannus.
Vetonica. Muſa. Torinus.
Montis Vettarum plantæ. Zannichellius.
Vinacea. Donatus. Natus.
Vinaceorum uſus. Antonius ab Altomari.
Vincetoxicum. J. A. Wedelius.
Vinum. Baccius. Confalonierius. Fumanellus. Heppe. Hottingerus. Paulmier. Withakerus. Anon.
—— *aquâ mixtum.* Pardus.
—— *Anglicum.* Anon.
—— *Hungaricum.* Hoffmannus. Komaromy.
—— *Jenenſe.* Slevogtius.

Vinum modicum. Wedelius.
—— *mordax.* Conforte.
—— *Myrrhatum.* Bartholinus. Guibertus.
—— *de Palma.* Labat.
—— *Rhemenſe.* Laurenceau. Portzius.
—— *Rhenani præſtantia in Medicinâ.* Kaupper.
An vinum Rhemenſe ſalubrius vino Burgundico? Salins.
An vinum ſulphuratum noxium ſit? Baierus.
Vinum Wertheimenſe. Leinweber.
Vini Campani faciendi modus. Anon.
—— *commoditates.* Barreda. Lopez.
—— *conditura.* Ariſtomaches. Commiades. Hiceſias.
—— *encomium.* Canonhierius.
—— *hiſtoria.* Baccius. Tirellus.
—— *natura.* Bravus. Gratarolus. Lamelin. Magnetus. Meyden. Minius. Præfectus. Textor.
—— *Rhenani & Baccharenſis anatomia.* Zorſtius.
—— *Querela cum Cereviſia &c.* Anon.
—— *ſervandi modus.* Fineus. Leo. Anon.
—— *virtutes.* Canonhierius.
—— *uſus.* Caſerta.
Viola Lunaria major, ſiliqua rotunda C. B. Pin. Francus.
—— *lutea cum phryganio.* Muraltus.
—— *Martia.* Henningerus. Wedelius.
Virginiæ plantæ. Baniſterus. Linocier.
Viſco aloes Luzonenſes. Petiverius.
Viſcum. Baierus. R. J. Camerarius. Colbath. Anon.
—— *Amygdalæ & flori Caryophylli innatum.* Borrichius.
—— *pro convulſionibus utile.* Colbath.
—— *Jamaicenſe.* Sloane.
—— *Quercinum.* Wurffbainius.
Vitæ ruſticæ encomium. Blaſius. Bonamicus. du Choul. Friſchlin. Gauchet. Gevara. Lollius. Martellinus. Sylvius.
Vitis. Caldenbachius. Calenus. Cornaro. Dodoneus. Horſtius. Guienzius. Montalbanus. Sachs.
—— *Hungarica aurea.* Hain.
—— *inſularum Americanarum.* Labat.
Vitium cultura. Jul. Atticus. Boulay. Calenus. Davanzatus. Dehnrothfelſer. Evelynus. Jul. Græcinus. Gutierez. Hughes. Kirchmaierus. Knohllen. Laurentius. Rapius. Rendella. Rohr. Soderinus. Suave. Anon.
Error in vitium cultura. Hauptmannus.
Ulmenſe plantæ. Leopoldus. Schöpfius.
Ulmus. Fiſcherus.
Ulmi ſeminis propagatio. Bulkley.
Ulyſſiponenſes plantæ. Griſleus. Labat.
Plantæ Unaneercondo. Petiverius.

Voigtlandiæ plantæ. Büchnerus.
Uplandiæ plantæ. Rudbeckius.
Urtica. Slevogtius.
—— *androgyna.* R. J. Camerarius.
—— *urens.* J. Francus.
Urticæ uſus in hœmorragiâ. Hannemannus.
Urticoides. Pontedera.
Uſtilago. R. J. Camerarius.
Uva. Sperlingius.
—— *magna Cananæa.* Beck.
—— *Quercina.* Encelius.
—— *verſicolor.* Eehr.
—— *verſicolor Goſmandorfiana.* Lentilius.

W.

W*ALACHRIÆ plantæ.* Pilleterius.
Warſaviæ plantæ. Erndtelius.
Wiksbergenſes plantæ. Linderus.

X.

X*ERANTHEMUM Valeſiacum.* Hallerus.
Xilaloe. Velſchius.
Xylobalſamum. Alpinus.

Y.

Y*VONIS (S.) Comitatus Cornvalliæ plantæ.* Lhuyd.
Yquetaia. Marchant.
Yucca. Sprekelſen.
—— *florens.* Siricius.

Z.

Z*EDOAR Zeylanicum.* Grim.
Zedoria. Manitius.
Zeylanenſes plantæ. Burmannus. Hermannus.
Zibebarum gigarta. Euthius.
Zinæ ſemen. Elſhotius.
Zingiber. Geſnerus. Labat. Lobelius.
Zythum. Dodoneus.
—— *Scripturæ Sacræ.* Wedelius.

Finis Bibliothecæ Botanicæ.

BIBLIOTHECA
BOTANICA,

SEU

HERBARISTARUM SCRIPTORUM PROMOTA SYNODIA;

Cui acceſſit individualis Graminum omnium ab Auctoribus hucuſque obſervatorum numeroſiſſima Nomenclatura,

JO. ANTONIO BUMALDO
BONON. COLLECTORE:

Primùm Bononiæ, typis Heredum Benatii, Anno 1657. *impreſſa, nunc iterùm edita*

HAGÆ-COMITUM,
Apud JOANNEM NEAULME,
M. DCC. XL.

REI HERBARIÆ SCRIPTORES,

QUORUM MONIMENTA, VEL TYPIS EFFORMATA, VEL MSS. APPARENT.

GRAECI,

Qui reperiuntur hoc Ævo.

HIPPOCRATES, Cous, primus Medicinæ Parens, qui floruit Olimpiade 85. an. ante natum Chriſtum 442. tempore Artaxerſis regis. Inter ejus Opera quæ artis Medicæ Oracula proprius dici poſſunt, herbarum ſæpius fit mentio, ut in lib. de Diæta, de Morbis, de Affectionibus &c. Omnia Græca excudit Venetiis Aldus 1526. in fol. & Baſileæ Frobenius 1540. in 8. Græcolatinè Venetiis impreſſere Juntæ 1588. in fol. & Francofurti Wecheli heredes 1595. in fol. Latina vero tantum, ex diverſorum verſione Romæ Cratandrus 1526. in fol. Venetiis Jo. Gryphius 1545. in 8. Baſileæ Frobenius 1546. 1553. 1558. in fol. & 1554. in 8. Lugduni Juntæ 1564. in fol. Francofurti Wecheli heredes 1596. in 8. & Lugduni Antonius Vincentius 1562. in 8. & alibi pluries, non ſolum junctim, ſed diviſim quoque alii &c.

ARISTOTELES, Peripateticorum Philoſophorum princeps, patria Stagireus, qui floruit Olimpiade 118. annis ante Chriſti adventum 345. Problemata de Stirpium genere & Oleraceis ſcripſit in problematum ſectione 20. Illius quoque ſunt libri duo de Plantis, qui ab Athenæo citantur; quos libros tranſtulit in Latinum ſermonem Andreas de Lacuna, immo & alii plures vertere è Græco in Latinum idioma; in quos libros eruditiſſima commentaria compoſuit Julius Cæſar Scaliger, impreſſa Marpurgi ap. Paul. Egenolphum 1598. in 8. & Baſileæ apud Robertum Winter. 1539. in 8. Græcolatinè autem prodiere Lutetiæ Pariſior. Typis Regiis. 1619. in fol.

The-

Theophrastus, Ereſius, Ariſtotelis diſcipulus, de Hiſtoriâ Plantarum lib. 10. exaravit, quos notis, commentariis, & iconibus illuſtratos à Joanne Bodæo à Stapel Amſtelodamenſi in amplum congeſtos volumen in fol. impreſſit Amſtelodami Jodocus Broers 1644.

Ejuſdem verò Theophraſti de cauſis Plantarum lib. 6. Venetiis impreſſit Aldus Manutius an. 1497. in fol. quos una cum ſupradictis 10. libris Hiſt. Plant. aliiſque tractatibus Aldi filii Venetiis excudere anno 1552. in 8. Eoſdemque latinos quoque, Theodoro Gaza interprete, Cratandrus Baſileæ impreſſit anno 1550. in fol. & prius Pariſiis Ægidius Goromontius anno 1529. in 8. Græcum tamen textum eruditiſſimus Daniel Heinſius poſtremò recenſuit, & locis penè infinitis ingenioſiſſimè emendavit, hiulca ſupplevit, malèque concepta perfecit, interpretationemque interpolavit, ut videre eſt in Græcolatina editione Lugduni Batavorum apud Joannem Orlers anno 1613. in fol.

Nicander, Colophonius, antiquiſſimus Poeta & Medicus, de Alexipharmacis Herbis, deque iisdem venenatis, in ſuo poemate Theriacæ comptiſſimè & aptiſſimè egit; in quod Poematium diverſi commentaria extruxere Scriptores. Græca ejus impreſſio Coloniæ prodiit ex off. Jo. Soter. 1530. in 4. & una cum Dioſcoride Gr. Venetiis per Aldum 1506. in f. & 1523. in 4. Græcolatina verò fuit Pariſienſis. ap. Henr. Steph. 1566. in f. & Aureliæ Allobrogum ap Pet. de la Rouviere 1606. in f. utrobique cum aliis veteribus Poetis: aſt Latina tantum Antuerpiæ emerſit ap. Plantinum ubi ſic legitur principium:

Reptilium, quæ dente nocent ictuque ferarum
Tum varias formas, tum noxia vulnera, quis hæ,
Incautos perimant homines, illiſq; rebelles
Peſtibus Antidotos, mihi multos inter amicos.

Hunc ſæpe citat Plinius, & pluribus in locis, ipſumq; tamquam Aetolicorum & Georgicorum Scriptorem celeberrimum effert.

Dioscorides Pedacius, qui floruit circa an. priuſquam natus fuerit Chriſtus Servator 55. Illum Galenus vocavit Anazarbeum, cui Suidas addidit cognomen Phæam, id eſt Lentiginoſum, quia illius facies Lentiginis notâ præmebatur. Is in re herbariâ ſimpliciter Coryphæus omnium Scriptorum & Anteſignanus meritò habetur ab omnibus, ex profeſſo vere Profeſſor Herbarius. Ejus ſunt libri quinque de Medica materia inſcripti, & unus de Lethalibus Venenis, decantatiſſimi. Omnes ſex Aldus excudit Græcè Venetiis, cum Nicandro, & Joannes Bebelius Baſileæ, anno D. 1519. & Soter Coloniæ cum verſione Latina Marcelli ejuſdemque commentariis, & cum Hermolai Barbari corollario: dein Schottus impreſſ. Argentinæ Othonis opera Brunfelſii: aſt latinæ verſiones innumerabiles ferè extitere variis temporibus, & locis, variis ab Auctoribus elaboratæ. Venetiis, Pariſiis, Baſileæ, Lugduni, atque inter commentaria quæ Petri Andreæ Matthioli ſunt paſſim proſtant, & eminent; inter tamen verſiones Ruelliana eſt omnium laudatiſſima.

Paulus, Ægineta, Medicus, qui præclaros non-nullos libros Medicinales, teſte Suida, Serapione, aliiſque medicis ipſum ſæpe citantibus, compoſuit. Ejus ſunt de re Medica (ubi multa de ſimplicibus reperiuntur) libri ſeptem Græcè Venetiis apud Aldum excuſſi 1528. in f. & Baſileæ apud Cratandrnm 1538. in f. & apud Jo. Oporinum 1551. in f. Latinè verò Baſileæ ap. Cratandrum 1538. in 4. Pariſiis apud Simonem Colinæum 1532. in f. Lugduni ap. Rovillium 1551. & 1589. in 8. cum Guintheri & Jani Cornarii annotationibus, & ſcholiis Goupyli, & Dalechampii, Baſileæ ap. Jo. Hervagium 1556. in f. Ejuſdem item auctoris ſunt Pharmaca ſimplicia, Othone Brunsfelſio interprete, Argentorati ap. Georgium Ulricher Andlanum 1531. in 8. impr.

Ruffus, Epheſius, Medicus, qui vixit ſub Trajano Imperatore, cum Critone, circa an. Chriſti 114. è cujus ingenio libri plurimi prodiere: inter quos de herbis libri 4. carmine hexametro concinnati, quorum meminit Galenus, & quorum fragmenta Græca Aldus cum Dioſcoride Græcè excudit. Ejuſdem etiam de purgantibus Medicamentis liber eſt Græcè impreſſus Pariſiis ab Adriano Turnebo 1554. in 8. & ab Henrico Stephano cum aliis veteribus 1567. in fol. Ejuſdem quoque Ruffi medica aliquot ſpecimina in Aetio licet obſervare ut Tetrabibli p. ſerm. 3. c. 8. & c. 155. 119. 165. & Tetrabib. 2. ſerm. 2. c. 9. 23. 24. &c. idemque citatur à Serapione.

Claudius Galenus, Pergamenus, magnus Hippocratis Commentator, qui floruit anno ſalutis humanæ 143. inter innumera quæ in arte medica artificioſiſſimè compoſuit opera pluries impreſſa &c. numerantur ſub claſſe quinta de ſimplicium Medicamentorum facultatibus libri undecim, Theodorico Gerardo Gaudario interprete, cum Auguſtini Gadaldini emendatione; ſeorſim excuſſi Lugduni ap. Guilielmum Rovillium 1561. in 16. Item de Plantis Galeni, licet inter ſpuria obſervetur, liber Tomo 7. octavæ editionis fol. 120.

Lucius Apuleius, Madaurenſis, Afer, Philoſophus Platonicus, qui ſtudia liberalium Artium Athenis ardentiſſimè proſecutus, mox Romæ forenſia patrocinia circa annum Domini 150. obivit. Inter ejus admiranda multiplicis eruditionis argumenta, Philoſophica nempe, Mathematica, Moraliaque, Poetica amoenitate referta, Medica quoque circa herbarum medicamina habentur. Impreſſa Baſileæ ap. Cratandrum 1528. in f. & Baſileæ ap. Henric. Petrum 1533. in 8. & Tiguri in 8. Iſnæ 1537. in 4. à Gabriele Humelbergio recognita, & emendata, cum comm. Venetiis demum ap. Aldum 1547. in fol. cum aliis antiquis Medicis f. 212. In ejus verò aureum verè librum de Aſino aureo plurimi inſudarunt præclariſſimi & ſcientiſſimi viri, inter quos Philippus Beroaldus Bonon. nemini eruditorum ſecundus Latinè, Italicè verò Pompeius Vizanius nobiliſſ. Hiſtoricus Bononienſ. per ora perque ingenia virorum volitant; ille Venetiis impreſſus per Philippum Pincium 1510. in fol., hic Bononiæ per Her. Jo. Roſſii 1607. in 8.

Nicolaus, Alexandrinus, Myrepſius quaſi Μυρεψός Aromatarius, qui

fortè idem eſt ac Nicol. Præpoſitus Galeno ferè contemporaneus, poſt ſcilicet tempora Adriani Imperatoris Medicus Græcus Medicamentarius, qui compoſuit librum de compoſitione medicamentorum particularium ſecundum genera, ſubſequentibus continuis ſeculis acceptiſſimum, Latinè poſtea redditum à Nicolao Rhegino Calabro, & excuſſum Ingolſtadii 1541. apud Weiſenhorn in 8. deinde Venetiis 1543. in 8. & 1556. in 4. ap. Arrivabenum, cujus item Diſpenſatorium ad Aromatarios, præcipuè quod ſub nomine Nicolai Præpoſiti circumfertur, invenitur impreſſum Lugduni ap. Claudium Turpin 1536. in 4. & Pariſiis ap. Nicolaum Boſinium 1582. in 4. cujus pervetuſtum codicem manuſcriptum 350. & amplius annorum in pergameneo craſiſſimis aſſeribus coopertum in ſuo aſſervat Muſeo Exc. Ovidius Montalbanus Phil. & J. C. Bonon., ex quo fortè patere poſſet num ritè, & rectè in eo aliqua immutarint neoterici Scriptores, qui ipſum tranſcripſere. Nemo hercle alius auctorum omnium medicorum in medicis Diſpenſatoriis, Antidotariis, Pharmacopæiſve ſcriptis, plures obtinuit & potiores partes; nemoque alius pluries & frequentius citatur quam Nicolaus, & Alex., & Myreps., & Præpos., ap. Medicos Auguſtanos, Baſilienſes, Bergomenſes, Bononienſes, Colonienſes, Ferrarienſes, Florentinos, Mantuanos, Mediolanenſes, Meſſinenſes, Patavinos, Romanos, & Venetos, in eorum reſpectivè Antidotariis, nec non apud Wecherum, Fernelium, Hovelum, Rondeletium, Renodæum, Joubertum, Melichium, Occonem, Corteſium Bonon., Fantinum, Deſſenium, Doncreilium &c. in eorum ſingulis de medicamentorum compoſitione libris.

Oribasius, Sardianus, Græcus natione, qui vixit ſub Imperatore Juliano anno Domini 196. Hic ſcripſit de ſimplicium Pharmacorum viribus lib. 4. impreſſos Argentorati 1544. ap. Schottum, cum Trotula. Scripſit item Collectorum Medicinalium libros 70. ſed ex eorumdem librorum volumine magno ſoli 17. libri ad noſtram pervenere ætatem, impreſſi Venetiis typis Aldinis, quos vertit in Latinum è græco Roſarius, impreſſos Pariſiis 1555. in 8. Idem alia quàmplurima compoſuit.

Ætius, Amidenus, Græcus, Opſicii cl. viri Comes tempore Conſtantini Magni anno Chriſti 311. Auctor extitit Sermonum ſeptemdecim de omnibus quæ ad curandi artem pertinent, inter primos duos Tetrabiblis primæ de ſimplicibus medicamentis tractat, cui ſcholia acceſſere Hugonis Solerii: eos impreſſit Lugduni Sebaſtianus de Honoratis 1560. & Baſileæ Frobenius 1535. 1542. 1549. à Jano Cornario verſus.

LATINI VETERES EXTANTES.

MARCUS PORTIUS CATO, Tuſculanus patriâ, omnium bonarum artium Magiſter, multa elegantiſſimè ſcripſit Hiſtorica, Politica, Oratoria, & Naturalia. Vivebat ipſe Cato 185. ante natum Chriſtum anno, & ſub iiſdem prorſus temporibus quibus C. Ruſticellus Bonon. Græcis Latiniſque literis, ex Ciceronis ipſius teſtimonio, habebatur inſtructiſſimus. Illius de Georgico & re Ruſtica liber celeberrimus hodie quoque cenſetur, quem impreſſum videmus apud Sebaſt. Gryphium Lugduni 1549. in 8.

M. Te-

M. Terentius Varro, Linguæ Latinæ veluti parens conſalutatus; noſtri Bononienſis L. Pomponii Conſularis viri ſynchronos; vir omnium acutiſſimus ingenio, & abſque dubitatione ſui temporis doctiſſimus, ut in Academicis ait Cicero. Is Julii Cæſaris juſſu Bibliothecas & Græcas & Latinas diſperſas recuperavit, & proprio pernici, & erudito calamo quicquid humanum ingenium capere poteſt perluſtravit. Ipſe 41. libros Antiquitatum à diluvio Ogygii ad ſua uſque tempora digeſſit; item libros humanarum & divinarum rerum ad C. Jul. Cæſ. Pont. M. ut refert Lactantius lib. 1. Div. Inſt. direxit. De familiis item Trojanis; de Viris Illuſtribus; de Moribus; de Philoſophia; Mempeorum vel Tyrannorum; de Origine linguæ Latinæ; de vita populi Romani; de Magno Talento; de Actionibus ſcenicis, libros Augurum; de Admirandis; de Gradibus; Satyricorum, Oeconomicorum, de Poetis, Pſeudodoneam, & alia plurima exantlavit. Ejuſdem verò de Lingua Latina, & de Verborum origine ad Ciceronem lib. iij, & de Analogia lib. iij. impreſſi conſpiciuntur cum Cornucopia Peroti Baſileæ. Scripſit inſuper rogatu Pompeii librum de modo habendi Senatum, cujus meminit Luc. Feneſtella de Magiſtratibus Romanis c. 1. & A. Gellius lib. 14. c. 7. Scripſit item libros de ſacris Ædibus, quorum meminit Georgius Fabritius c. 9. ſuæ Romæ. Anno demum ætatis ſuæ LXXX. nominatiſſimos ſcripſit de re ruſtica libros iij. ad Fundaniam C. Fundanii filiam uxorem ſuam, quos impreſſit Seb. Gryphius Lugd. 1549. in 8. Ejuſdem quoque fragmenta aliquot villenſia citantur, & extantia Geoponicis Conſtantino adſcriptis, impreſſis Lugduni ap. Gr. 1541. in 8. & præciſè lib. 2. c. 21. & 47. & lib. 3. c. 1. & lib. 5. c. 39. & lib. 6. c. 9. & lib. 7. c. 21. & lib. 8. c. 32. 33. 34. 35. 36. & lib. 9. c. 13. 14. & lib. 12. c. 16. 17. 39. & lib. 14. c. 10. & lib. 17. c. 10. & lib. 19. c. 1. Obiit annum agens XC. ſub Principe Auguſto.

Cornelius Celsus, Romanus, medicinam libris octo Oratorio modo conſcripſit, qui ſub primis Cæſaribus vivens, tempore ſcilicet quo lingua Latina maximè florebat Rem ruſticam amœniſſimam eloquentiſſimè reddidit, ex Plinio lib. 7. 8. 18. 23. 24. 25. & in quinto ſuo libro de re Medica varias facultates ſimplicium proſequitur, impreſſo Baſileæ ap. Henric. St. 1567. in f. & Lugd. ap. Tornæſium 1587. in 16.

Antonius Musa, Cæſaris Auguſti Imp. Medicus, ex cujus copioſis medicis ſcriptis pauca certè ſuperfuere, quæ ad noſtra pervenere ſecula, nimirum de herba Vetonica, & ejus 47. remediis M. Agrippæ dicatis, ex impreſſ. Tigurina apud Froſchoverum, cum Gabrielis Humelbergii commentariis 1537. in 4. De Muſa hoc noſtro mentionem hujuſmodi fecit Galenus lib. 6. c. 2. de *compoſ. med. ſec. loc.* his verbis: *Hæc quum ſcribat Muſa meritò ei adſtipulamus.*

Virgilius Maro, Andinus ſive Mantuanus, Georgicorum opus librorum 4. orbe notiſſimum ſuaviſſimè non modo, ſed ultiſſimè cecinit, cum Segetalia omnia ibi edoceat vitæ hominum neceſſariiſſima. *Quid faciat lætas ſegetes* &c. in Bucolicis quoque ipſius carminibus herbarum fit non modi-

ca mentio. Is anno Imperii Auguſti 25. Brunduſii fatis ceſſit moriens, fama ſuperſtite ſemper ubique glorioſa; & ideo Botanicos decorabit.

Æmilius Macer, Veronenſis, Naturalis quidem Philoſophus, & Poeta multa non ſolum de Animalibus, ſed & de herbis metricè ſcripſit, de quo Ovidius lib 1. de Triſt.

Sæpe ſuas volucres legit mihi grandior ævo,
Quæque nocet ſerpens, quæ juvat herba Macer.

Illi propterea adſcribitur libellus quidam carmine hexametro compoſitus de virtutibus herbarum, qui à Jo. Atrociano annotationibus fuit auctus, & impreſſus Friburgi ap. Jo. Fabrum Emmeium Juliacenſem 1530. in 8; & Baſileæ ap. Sebaſt. Henric. Pet. 1581. in 8. cum expoſit. Georgii Pictorii; Venetiiſque ap. Aldum 1547. in fol. cum Med. ant. p. 224; Francofurti ap. Egenolphum 1540. in 8. cum recognitione Jo. Cornarii; Cracoviæque cum annotationibus Simonis de Lovitz; & tandem Hamburgi ap. Jac. Wolff. 1596. in 8. cum Henrici Ranzovii nonnullis. Incipit ille liber hujusmodi modo.

Herbarum varias dicturus carmine vires
Herbarum matrem dedit Artemiſia nomen, &c.

L. Junius Moderatus Columella, genere Gaditanus, qui Claudii Imperatoris temporibus vixit circa ann. à Chriſto nato 25. Cornelium Celſum Medicum eloquentiſſimum audiit. Unde de Agricultura tam Verſu quam Proſâ elegantiſſimè ſcripſit. Libri 12. illius de re ruſtica, & unus de Arboribus, typis excuſſi pluries per hominum quoque eruditorum manus, & ora divagantur: ad eoſdem libros doctiſſimas contexuit notationes Philippus Beroaldus eruditiſſimus Bonon. Lugduni impreſſas per Sebaſt. Gryph. 1549. in 8. item Baſileæ ap. Hervagium, Pariſiis ap. Robertum Stephanum 1543. in 8. & antea Regii, ap. Bartol. Bruſchium 1482. in fol. cum aliis, & Lugduni, ap. Jo. Parvum 1533. & Coloniæ, ap. Jo. Gymnicum 1536. in 8. Item cum interpretationibus Julii Pomponii Fortunati, & annotationibus Baptiſtæ Pii Bonon. Argentorati ap. Chriſtianum Egenolphum in 8. &c.

C. Plinius Secundus, ſenior, Caii Plinii Secundi junioris Novocomenſis avunculus; qui temporibus Veſpaſiani Imperatoris, hoc eſt circa annum Domini 82. florebat. Naturalis Hiſtoriæ libros 37. locupletiſſimos collegit, & concinnavit, in quibus plurima de Herbis, Philoſophicè Medicè, Hiſtoricèque ſcribendo claros inter Botanicos haberi meritò debet. Ejus libri ſæpe quidem, variiſque in locis, excuſſi ſunt, ut Parmæ, ap. Steph. Corallum 1476. in reg. fol. Venetiis, ap. Thomam de Bloccis 1491. in fol. Venetiis item ap. Aldum 1535. in 8. & in 4. volum. Genevæ ap. Jac. Stoer 1601. in 12. & in 3. vol. Francofurti ap. Claud. Marnium 1608. in 8. Lugd. Batav. apud Elzevirios 1635. in 16. & in 3. volum. &c.

Palla-

Palladius Rutilius Taurus Æmilianus, Vir illuſtris, qui ſub Antonii Pii tempora vixiſſe creditur, circa ann D. 140. Is ſcripſit libros 14. de re ruſtica, juxta menſualem totius anni diviſionem, in quibus quicquid ſingulis menſibus ruri ſit operandum edocet, præmiſſa tamen univerſali Præceptorum ejuſdem Artis, quæ libro primo coutinetur Doctrina, & ultimo inde loco librum de Inſitionibus carmine Hexametro atque Pentametro ſubinfert compoſitum, Paſiphilo viro doctiſſimo inſcriptum, quorum numerorum metricorum hoc eſt exordium.

Paſiphile, ornatus fidei, cui jure fatemur,
Si quid in arcano pectoris umbra tegit
Bis ſeptem parvos opus agricolare libellos,
Quos manus hæc ſcripſit, parte ſilente pedum &c.

Prædicti libri extant cum Catonis, Varronis, & Columellæ libris de re ruſtica Regii excuſſi ap. Bartol. Bruſchium 1482. in fol. & Lutetiæ, ap. Galeotum à Prato 1533. in f. Coloniæ, ap. Jo. Gymnicum 1536. in 8. Pariſiis, ap. Rob. Steph. 1543. in 8., & Lugd. ap. Seb. Gryph. 1549. in 8.

Constantinus Cæsar, circa ann. Chriſti 311. ſanctiſſimus Imperator, ejus proprio in publicum prodere voluit, aut paſſus eſt nomine libros XX. ſelectarum de Agricultura Præceptionum, ubi ea quæ à diverſis veteribus multâ diligentiâ, ſolertique & accurato experimento inventa fuere, circa non ſolum agri, ſed & plantarum ſingularum, curam, tempus, & modum particularibus differentiis congruentia in unum diſponuntur: omnia excerpta ex ſcriptis videlicet Florentini Græci, Vindanionii, Anatolii, Berytii, Diophanis, Leontii, Democriti, Tarentini, Africani, Pamphili, Apulei, Varronis, Zoroaſtri, Frontonis, Paxami, Damegerontis, Didymi, Sottionis, Quintiliorum, Arati, Hieroclis, Abſyrti, Hippocratis, Caſſiani, Ariſtotelis, Pelagenii, Theomneſtii &c. Conſtantini Cæſaris frequens legitur allegatio in Codice Theodoſiano, & bis in fragmentis Gregoriani Codicis &c. Libri prædicti excuſſi ſunt Baſileæ 1539. ap. Rob. Winter, & ibid. 1540. ex off. Frob. & Lugd. ap. Seb. Gryph. 1541. in 8.

SCRIPTORES ARABES EXTANTES.

Avicenna Aboali Abinsceni, Hiſpalenſis, Arabum Princeps ab omnibus acclamatus, Philoſophus, æque ac Medicus ſummus, qui plurima tum ſpeculativa, tum practica doctiſſima compoſuit. Illius opera medica, Venetiis, & Lugduni, & ſeorſim, & unà cum commentariis Gentilis Fulginatis, nec non Jacobi de Partibus, prodiere in Typographicam lucem: liber autem de Medicinis cordialibus, & Cantica prælum ſenſere Venetiis apud Juntas 1544. in magno fol. cum caſtigationibus Andreæ Alpagi Bellunenſis, & omnia ſimul opera ap. Hervagium Baſileæ & ali-

bi excuſſa ſunt. Floruit Avicenna circa annum Domini 595. Averroi coevus; qui quanti fecerit ſimplicium medicamentorum cognitionem, & maximè eorum, quæ ex herbis decerpuntur, legenti cuilibet, immo perfunctorie etiam percurrenti ejuſdem opera, facillimè patebit, & præcipuè in ſecundo Canone, ubi Galenus, & Dioſcorides, tanquam herbarum magiſtri in hac materia ab eo non parum commendantur.

Averroes Aboolit Benroi, Cordubenſis, Arabs, Commentator per antonomaſiam dictus, quia ipſum Ariſtotelem totum, & integrum pluſquam alius umquam fuſiſſimè declaravit, cujus operum, quamvis pleraque ſint merè Philoſophica, tamen cum in libros duos de Plantis commentaria haud parva elaboravit, ut ex iiſdem impreſſis voluminibus operum prædictorum Venetiis apud Cominum de Tridino 1562. in 8. in decimo Tomo patere poteſt, & in aliis etiam editionibus ſub variis formis, locis, atque temporibus, Botanicus quoque dici poteſt. Fuit ætate parum ſupar Avicennæ, nam etiam in Avicennæ Canticam commentaria ſcripſit; & hic notandum videtur eſſe duos hoſce Arabas, Averroem ſcilicet & Avicennam, Arabicæ ſcholæ prima fuiſſe columina & fundamenta, & ceteris omnibus priores tempore, doctioreſque itidem, id eſt virtute præcipui.

Albatenius, Medicus Arabs, qui Galeni libros è græco in Arabicum ſermonem vertere fuit auſus, quem admodùm Serapio, qui tempore parum ab eo diſtavit, eſt atteſtatus. Idem ſcripſit de ſimplicibus, ex Volaterano lib. 21. *Urb. Commentar.* & cum ex ſe ipſo id aſſerat Volateranus eidem tanquam teſti de viſu eſt credendum.

Joannes Filius Serapionis, Arabs, qui florebat anno Domini 1066. Hic librum compoſuit de ſimplici medicina inſcriptum *Circa inſtans*, impr. Venetiis per Octavian. Scotum 1497. & paulo poſt per Andræam Toreſanum de Aſula 1503. deinde per Juntas 1550. in fol. cujus interpres fuit Andreas Alpagus. Argentinenſes quoque ultra montes apud Ulrichetum impreſſorem de anno 1531. in fol. cum Averrois, Rāſis, aliorumque opuſculis ex Othonis Brunfelſii caſtigatione eumdem publicarunt: idem liber cum titulo de facultatibus Simplicium Medicamentorum Abrahamo Judæo, & Simone Januenſi interpretibus impreſſus reperitur Venetiis ap. Juntas.

Abubeter, Arazi filius, Zachariæ nomine, communiter Rhazis Mahometi, ſeu Raſis, ad Almanſorem Regem Iſaach filium, Regemque Manſorem dictum, ad quem Regem idem Raſis libros decem miſit, & inſcripſit indigitatus, Medicus fuit Arabs, qui floruit circa annum Chriſti 1100, & opera edidit Medicis utiliſſima; ſtuduit etenim obſcuriora Hippocratis dilucidare, & prolixiora Galeni optimè diſponere. Pleraque illius opera primùm impreſſa fuere Venetiis ap. Bonetum Locatellum 1497. in fol. cum aliis quibuſdam Auctoribus, ut Moyſis Damaſceni, & Zoari, deinde Baſileæ, ap. Henric. Petrum; ejuſdem verò opus dictum *Continens* ordinatum fuit & correctum per Clar. Virum Magiſtrum Hieronymum Surianum, Venetiis impreſſum per Locatellum 1509. in volum. fol. reg. Aliudque ſimiliter opus ejuſdem inſcriptum *De Secretis* ſeu *Aphoriſmorum*, Bononiæ impreſſum fuit à Platone de Benedictis 1489. in 4. Super nonum librum

librum ad Almanſorem additamenta ſtruxit multiplicium receptarum expertiſſima & laudatiſſima Excell. Magiſter Petrus de Trauſſignanis Phil. & Med. Collegiatus Bonon. ann. 1377. & Henrici Caſtellæ Regis ſalutis fæliciſſimus & nobiliſſimus Conſiliarius: prædictus liber fuit impreſſus anno 1486. Tertius verò liber inter decem ad Almanſorum prædictos de viribus ciborum & medicinarum ſimplicium ſeorſim excuſſus eſt Argentorati ap. Ulricherum 1531. in fol.

Joannes Mesue, Damaſcenus, Medicus Arabs magni nominis, ſcripſit de Conſolatione medicinarum ſimplicium, & correctione operationum earum Canones, quos Venetiis primùm obſervamus impreſſos in fol. ap. Lucam Antonium Juntam 1528. deinde ap. Valgriſium 1575. in fol. iterumque ap. Juntas 1589. in fol. & apud eosdem demum 1623. in fol. Extra Italiam cum interpretatione Jacobi Sylvii, Pariſiis ap. Wechelium 1544. in fol.. Meſuem expoſuere non ſolum ſed & ampliavere multi celeberrimi & doctiſſimi viri, & præcipue duo Medici Bononienſes, Mundinus de Luciis viv. an. D. 1290. & Chriſtophorus de Honeſtis v. an. D. 1362. ambo Doctores & Lectores Collegii & Archigymnaſii. Bonon. quorum expoſit. & ampliationes in Canones & Antidotarium Meſue impreſſæ ſunt Ferrariæ per Andream Gallum 1488. in fol. & Venetiis per Pelegrinum de Paſqualibus Bononienſem 1491. in fol. In Meſuem quoque commentaria conſtruxere Monachi ſeu Fratres quidam Franciſcani Obſervantes, ſed in Archicomentatorem Dioſcoridis Petrum ſcilicet Andræam Matthiolum acerrimè iuvecti ſunt, de quibus in Epiſtolis ejuſd. Matthioli fit mentio, dum ibi eorum objecta diluuntur. Aliqui etiam non defuere, qui duos Meſues agnoverint, ut Andreas Bellunenſis, qui ſeniorem Meſuem unum noſtro hoc Meſue ſupranotato ſeculis aliquot ſuperiorem conſtituit, cujus opera inveniri ſolum Arabica refert, ſed cum hoc ſit incertiſſimum, parumque referat omitto &c.

Abhegnefit, ſeu Albegnefit, Philoſophus ſeu Medicus Arabs. Ejus liber apparet compoſitus de facultatibus Medicinarum & Ciborum, à Gerardo Cremonenſe ex Arabico in Latinum ſermonem traductus, qui alicubi extat cum Meſues operibus, & quem Argentorati impreſſit Joannes Scot. 1531. in fol. una cum Tacuinis Sanitatis.

Elluchasem Elimithar, filius Hahadum filii Ducellani, Medicus de Baldath, Arabs ſeu Indus, à quo prodiere Tacuini Sanitatis de ſex rebus non naturalibus, cum ſuis rectificationibus & operationibus diſtincti in Domos & Canones, ubi Electiones & Proprietates omnium rerum maximè ſimplicium herbarum, fructuum &c. quæ ad Cibum & Medicinam hominum facere poſſunt, cum ſuis figuris habentur impreſſ. Argentorati 1531. in fol. & cum eo impreſſus etiam eſt quidam Jacobus Alkindus Philoſophus, & ipſe Arabs, de Gradibus Medicamentorum. Et ambo hi Arabes floruiſſe conjiciuntur poſtquam Italica Schola reviviſcere coepit, eorumque Arabica ſecta Philoſophantium & Medentium Italicæ iterum cedere videbatur: nam Elluchaſen in ſuis Tabulis citat Mundinum noſtrum Bononienſem &c.

Abhomeron Abenzoar, Arabs, cujus eſt liber propria ejus lingua dictus

tus *Theiſir Dahalmodana Vahaltabir*, id eſt *Rectificatio Medicationis & Regiminis.* Venetiis impreſſus apud Octavianum Scotum 1496. in fol. & ap. Gregorium de Gregoriis 1514. in fol. & Lugduni quoque, cum additamento ad illius Antidotarium Averois *Colliget* 1531. in 8.

Embitar, Arabs, ejus eſt tractatus quidam de Limonibus Latinitate donatus in Gallia & Pariſiis impreſſus per Bindonum in 4. ex bibliot. Cl. Georgii Draudii.

Blasius, Africus, diſcipulus Belberis, Claudio Athenienſi conſodali, librum *Kirannida* inſcriptum à ſe compoſitum dicavit de virtutibus Planetarum & herbarum in locis præcipuè calidioribus, ex Arabico in Latinum ſermonem ſatis barbarum à Gerardo Cremonenſi tandem deductum, qui liber nondum (quod appareat) fuit impreſſus, ſed manuſcriptus reperitur ap. Excell. D. Ovidium Montalbanum Bonon. &c. Tempus quo vixerit hujusmodi Blaſius haud ſatis poſſumus conjectari: hoc ſolum licebit aſſerere, hunc Auctorem reliquis minimè præluiſſe Arabibus, cum à nemine citatus obſervetur. Sed notandum hîc pro Parergo proponitur, quòd ubi deſiit Arabum nominis celebritas, vivida iterum & perquam clara Italorum & Bononienſium lux reſtituta eſt literaria; nam à Frederico ſecundo Imperatore ſub iisdem prorſus temporibus (ut refert Zwingerus, teſte Pandulpho Colenutio) Ariſtotelis opera, quæ apud Sacracenos diu latuerant, in orbem literarium politiorem & humaniorem poſtliminio veluti reverſa, Bononienſi Academiæ an. 1214. ad ſeriò Philoſophandum oblata & tranſmiſſa fuere &c.

Recentiores Latini, ſeu Itali, Germani, Galli, Hiſpanive, tam Grææ quam Latinæ veteri, aut etiam Arabicæ Scholæ addicti, quorum Opera Botanica reperiuntur.

MISERANDA excuſſa Barbarie circa XI. & XII. Chriſti ſeculum, ameniores melioreſque omnes Literæ in Italiâ diù jacentes & conculcatæ reſpirare, & denuo reviviſcere viſæ ſunt; inque Bononienſi Civitate, præcipua ſtudiorum omnium Parente, cujus propriiſſimum ſemper fuit cunctos docere, non mediocre eædem obtinuere incrementum: ubi Petrus Creſcentius, nobiliſſimus illius Civis Philoſophiæ, Medicinæ, Legumque peritiſſimus, Geoponicorum omnium Italicorum facilè Princeps evaſit. Is ſuum opus egregium de omnibus Agriculturæ partibus, de Animalibus, Plantarumque natura & utilitate, in XII. libros digeſtum, publicè expoſuit poſterorum ſeculorum utilitati; atque eo novo Italico Idiomate illud idem compoſuit, hoc eſt vulgari non vulgari amplius ſermone, cujus melioris locutionis Parens maximus (teſte Dante ipſo Aligerio) fuit Guido Guinicellus Bononienſis Vates anno Dom. 1200. & ornatiſſimus mox cultor Galeottus de Guidottis Bononienſis Rhetor extitit anno Domini 1250. qui Tullium ipſum Bononienſi, æque ac Romana Latii lingua loquentem protulit, ut in codice ejuſdem videre eſt, cujus perpulchrum exemplar in proprio aſſervat antiquiorum ſcrip-

torum

torum divite Muſeo Exc. Ovidius Mont'albanus eruditiorum vetuſtatum amantiſſimus & indagator ſolertiſſimus. Creverunt certè non mediocriter Agrariæ naturales leges ſub Creſcentii calamo, tamquam ſub literario ſceptro, poſtquam civiles Leges Azone mediante, Juriſconſultorum veluti Numine, aliisque Bononienſibus Gloſſatoribus doctiſſimè imperare didicerunt; ut veriſſimum illud ubiq; acclamante fama dictum hic veniat ſubjungendum

Petrus ubique Pater, Legumque Bononia Mater.

Creſcentii hinc eſt quòd prædictum opus per innumeras Studioſorum manus tranſcriptum, innumeros etiam typos fuerit expertum. Prima Impreſſio fuit Lovanii ap. Jo. de Weſtphalia, 1473. in fol. Mox Vicentina ap. Leonardum de Baſilea 1490. in fol. Deinde Veneta 1519. octavæ formæ folii, in honorem ſereniſſimi Principis Venetorum Leonardi Juſtiniani. Veneta iterum ap. Bernardum Vianum de Lexona Vercellenſem 1536. Deinde Baſileenſes latinæ verſiones apud Henric. Petr. 1538. in 4. Denuo Veneta ap. Franciſcum Rampazettum 1564. in 8. cum Sanſoviniana linguæ vulgaris noſtro huic ſeculo adaptatione, quam Emin. Bembus in vol. 2. ſuarum Proſarum libenter acceptavit, & Jac. Pergaminus in ſuo Memoriali vulgaris linguæ non vulgariter comprobavit &c. Cœterum Creſcentius ipſe, Patritiis nobiliſſimis ortus parentibus Bononiæ anno 1230, doctiſſimiſque educatus ſub Præceptorib. Philoſ. & Juriſtis Bonon. Sereniſſimiſque & Illuſtriſ. ſub Regibus Civitatum & Populorum exterorum regimina diu profeſſus, ſeptuagenarius tandem anno Dom. 1300. in Patriam longo poſtliminio reverſus, Geoponicos ſuos amæniſſimos hercle, & præclariſſimos abſolvit labores, quos in ſua Sancti Nicolai de Villula ſuburbana Bononienſi Villa ad praxim magna ex parre deductos, & à ſapientiſſimis viris Theologis, Philoſophis, Mediciſque Archigymnaſii Bononienſis tum viventibus eximiè quoad Theoricam commendatos bonis, immò optimis excepit, & dimiſit avibus.

Gulielmus de Varignanis, Bononienſis, Philoſophiæ & Medicinæ Doctor præclariſſimus, Bartholomæi Varignanæi Doctoris medici filius, & Joannis pariter Varignanæi Doctoris Medici ex patre nepos, de cujus proſapia Medicorum feraciſſima pervetuſta in hunc modum loquuntur marmora:

Varignana Domus Medicorum ſemper alumna &c.

Gulielmus porrò ipſe magnæ non ſolum auctoritatis inter ſuos concives vivens habebatur, in quorum ordine politico primas obtinuit partes, in Magiſtratu ſcilicet DD. Antianorum & Conſulum de anno 1304 menſe Decembris, ſed apud omnes ſcolaſticos famigeratiſſimus efferebatur, adeò ut à pluribus medicinalimm ſcriptorum venerabilis Magiſter per antonomaſiam appellaretur: illius etenim doctrina, quæ ſuperavit Alpes, tranavit maria contra temporum injurias glorioſa & inconcuſſa manſit, quam

admi-

admirandæ adhuc Herbarum, & aliorum ſimplicium medicamentorum vires cunctis fructuoſiſſimè expandere, in ejus volumine de curandis morbis univerſalibus & particularibus, Febribus, Apoſtematibus, Ulceribus, Venenis, & faciei, totiuſq; corporis inquinamentis, quos Baſileæ excudit Henric. Pet. 1545. in 4. Lugduni Sebaſt. Honoratus 1560. in 8. & in alio ejuſdem libro inſcripto Secreta ſublimia ad curandos morbos veriſſimis auctoritatibus illuſtrata additis nonnullis floſculis impr. Papiæ 1519 per Geraldum in 8. Venetiiſque per Bindonum 1520. in 8. Lugduni per Jo. Cambray 1526. in 4. & Baſileæ 1597. in 8. cum notis Gaſp. Bauhini. Hæc prima litterarum reformatarum ſecula novos jactare potuere Hippocrates in Civitate Bononiæ, novoſque numerare Galenos; nam præter ſuprà memoratos Varignaneos, Mundinus Anatomicorum Italicorum Princeps, cujus ſcripta in omnibus Univerſitatibus & Italicis Gymnaſiis eminentioribus etiam ſuper ſuggeſtis textualiter prælegebantur, ut ex lib. 2. Statut. Studii Patav. cap. 28. impreſſis Pat. per Jo. Speronium elici poteſt, adhunc gradum evehi, cum Bertruccio. Bonon. qui tanquam Aſclepias ap. Germanos & Gallos colebatur, itemq; Zancario, Vernatia, Montecalvo, Argellata, Honeſto, quemadmodum Guidonis de Cauliaco, Jacobi de Forlivio, Bernardi Deſſenni, Othoniſque Brunfelſii, & aliorum quàm plurium celeberrimorum ſcriptorum ſcripta teſtantur.

Simon Januensis, ſanctiſſimi D. N. Papæ Subdiaconus & Capellanus Nicolai IV. ſummi Pontificis Medicus anno D. 1288. Volumen medicum elaboravit ſub titulo *Clavis Sanationis*, omnes ſimplices medicinas alphabetico comprehendens ordine; quod impreſſum fuit Venetiis per Gulielmum de Tridino ex Monteferrato de anno 1486. in fol.

Matthæus Sylvaticus, Mantuanus, Medicus ſuorum temporum eximius, librum Pandectarum Medicinalium compilavit, in quo ſimplicia omnia concluſit, Sereniſſimoq; Siciliæ Regi Roberto illum dicavit anno D. 1311. quem librum Bononiæ emendatum Veneti typi Jo. Agrippinenſis 1480. in fol. impreſſere, iterumque Octaviani Scoti 1498. in fol. & tertio Simonis de Luere 1511. in fol. ut & Taurinenſes Antonii Ranoti 1526. in fol. & tandem Lugdunenſes Jacobi Juntæ 1541. in fol. ſubinde promulgarunt.

Arnoldus de Villanova, Gallus, ſub Clemente VI. Pontifice Maximo ſtipendia medica non vulgaria promeritus anno 1342. Speculum Medicinæ, in quo de regimine ſanitatis fuſè tractatur, & de ſimplicibus quoque expolivit, cujus magnam partem Magninus quidam medicus Mediolanenſis ſuffuratus proprio ſub nomine prodidit; ſed inter quam plurimos alios tractatus medicos, quos eruditè expoſuit exacta, & dilucida de ſimplicibus adeſt narratio; impreſſit omnia Lugduni Gulielmus Huyon 1520. in fol. & Baſileæ Uuald-Krichius 1585. in fol.

Jacobus de Dondis, *Aggregator* dictus, Patavinus, Promptuarium Medicinæ in quo ſimplicium & compoſitorum Medicamentorum explanatas facultates aggregavit, & per communes locos in novem dif-

diſpoſuit libros quos impreſſos nobis dedêre Venetiis Juntæ 1576. in fol.

Antonius Gazius, Patavinus, qui Patavii florens librum inſcriptum *Florida Corona*, hoc eſt de conſervatione Sanitatis, ut plurimnm ab herbis pendentis capituliſque 300. diſtinctum adornavit, quem impreſſit Venetiis Joannes de Forlivio de anno 1481. in fol. & Lugduni Scipio de Gabiano 1534. in 8.

Guido de Cauliaco, Gallus, Medicus præſtantiſſimus, ſuo Chirurgicorum tractatuum operi famoſiſſimo Antidotarium adjunxit, in quo de ſimplicibus agitur nedum de compoſitis Med. impreſſum Venetiis per Octavianum Scotum 1490. in fol. & apud Bernardinum de Vitalibus ibidem 1519. iterumque ap. Juntas. 1546. & alibi quoque &c.

Gerardus Nocito, Siculus, Pharmacopæus, librum copioſum, & valdè utilem, atque curioſum, notitiæ omnium ſimplicium Medicinalium compilavit, Lucidarium Medicinæ appellatum, in quo tempora, atque præciſa collectionis Plantarum determinantur: impreſſus eſt liber Neapoli per Antonium de Caneto Papienſem, anno Domini 1511. in 4.

Antonius Guainerius, Papienſis, Antidotarium & ipſe compoſuit, in quo juxta temporis illius uſum ſimplicia protulit uſualia, atque conſideravit &c. Impreſſumque fuit Papiæ per Garaldum Typographum, anno Domini 1518. in 4.

Strabus, Gallus, Poeta & Theologus, Hortulum vernatiſſimum variarum ſtirpium deſcriptivum hexametro verſu concinnavit ad Grimaldum Cænobii Sancti Galli Ab batem &c. cujus initium:

Plurima tranquillæ cum ſint inſignia vitæ &c.

Friburgi impreſſit Joan. Faber Emmeus 1530. in 8.

Nicolaus Leonicenus, Vicentinus, Medicus doctiſſimus, Epiſtolas conſcripſit, in quibus de plurimis medicamentis ſimplicibus, Fruticibus præcipuè, & Herbis diſſerit: liber impreſſus eſt Ferrariæ ap. Maciotum 1509. in 4. & Baſileæ ap. Henric. P. 1529. in 4. iterumque Baſileæ apud Cratandrum 1532. in fol.

Marius Grapaldus, Parmenſis, in parte ſui operis de partibus ædium ad Plantas eruditè divertit ut lib. 1. c. 5. lib. 2. c. 3. & 11. Impreſſ. Parmæ ap. Octavianum Salardum 1516. in 4.

Raphael, Volateranus, libro vigeſimo ſexto Urbanorum Commentariorum de Plantis agit. Impr. Pariſiis ap. Jodoc. Badium 1526. & Baſileæ ap. Froben. 1530. & 1544.

Joannes Tollatus de Vorchemberg de remediis herbarum in libro Margarita medecinæ inſcripto ſermonem habet. Impreſſo Argentinæ anno D. 1518.

Petrus, Paduanus, Dioſcoridem in plurima digeſſit capita, quæ omnia breviſſimis quidem, ſed utiliſſimis annotationibus illuſtravit: liber impreſſus eſt Lugduni anno 1512. in 4.

Joannes de Vigo, Genuenſis, Julii II. Pontificis Maximi Archiater, in ſua Chirurgica Practica copioſa libro ſeptimo de Natura Simplicium & eorumdem poſſe, ſatis copioſè ſcribit. Impreſſ. Lugduni per Joannem de Cambray 1518. in 4. & ap. Beraud. 1582. in 8.

Euricius Cordus, Simeſuſius, ſcripſit Botanologiam, ſive Colloquium de Herbis. Impreſſum Coloniæ apud Jo. Gymnicum 1534. in 8. & Lutetiæ ap. Morellum 1551. in 16. Judicium itidem edidit de Herbis & Medicamentis ſimplicibus, impreſſ. Francofurti ap. Egenolphum 1549. Nicandrum inſuper in Latina reduxit Carmina de Theriaca & Alexipharmacis, Argentorati impreſſ. &c.

Joannes Platearius, Salernitanus, de ſimplici Medicina librum compoſuit inſcriptum *Circa inſtans*, Impreſſ. Lugduni ap. Conſtantinum Fradin. 1512. in 4. & Pariſiis ap. Bonfonium 1582. in 4.

Leonardus Legius, Medicus, Galeni Flores collegit, & in ſummam ſeu Tabulam ſimplicia medicamenta redegit, impreſſ. Papiæ 1520.

Valerius Cordus, Euricii filius, patris gloriæ æmulus non inglorius, Dioſcoridem notabliſſimis annotationibus auxit, Hiſtorias ſtirpium doctiſſimè concinnavit, ſylvas prius opaciores & ſecretiores mirificè luſtratus; ut abſtructiora deinde inventæ è corde veluti ſapientiæ extraheret & delinearet; cujus nobliſſimos labores impreſſit Tiguri Andr. Geſnerus 1561. in fol. Diſpenſatorium quoque ejuſdem medicum apud Profeſſores celebre eſt, cum notis clariſſimorum virorum Gudebergii & Lobelii impreſſum Antuerpiæ apud Plantinum 1568. in 16. & Norimbergæ 1592. in fol. & Lugduni ap. Raphelengios 1599. in 12. Laurentius Friſius Germanus, ſynonima totius materiæ medicæ, & ſimplicium præcipuè medicamentorum Latinis Græcis & Arabicis vocibus expoſita Argentinæ impreſſa ap. Grunengerum 1535. in fol.

Hermolaus Barbarus, Venetus, Corollariorum libros quinque in Dioſcoridem, & in illius gloriam egregiè ſcripſit, quos impreſſit Coloniæ Joannes Soter in fol. cum Marcelli Virgilii Comm. in Dioſc.

Marcellus Virgilius, Reipubliæ Florentinæ poſt Leonardum Poggium & Bartholomæum Scalam ſecretarius major, linguarum eruditiorum cognitione pleniſſimus, Dioſcoridem latinum fecit, & Scholiis doctiſſimis perfecit: ejus Latina verſio cum Græco codice excuſſa eſt Coloniæ 1529.

Joannes Ruellius, Sueſſionenſis, omnium qui Dioſcoridem de Græco in Latinum vertere apud Medicos acceptiſſimus: opus quidem inſigne, & valdè eruditum de Natura ſtirpium tribus libris comprehenſum elaboravit, & Chriſtianiſſimo Regi Galliarum inſcripſit: illudque impreſſit Pariſiis Simon Colinæus in fol. ann. Domini 1536. & Baſileæ Frobenius 1537. in fol. & illud idem magnum virtute magis quàm mole Leodegarius à Quercu redegit in Epitomen.

Gulielmus Turnerus, Anglus, hiſtoriam de naturis herbarum Scholiis & notis vallatam edidit Coloniæ ap. Gymnicum anno Dom. 1544. in 8.

Bap-

Baptista Fiera, Mantuanus, Cœnam compoſuit celebrem de Virtutibus herbarum, & ea Medicinæ parte quæ ad cibariam pertinet; eamque carmine ſuaviſſimo ità conditam voluit, ut doctiſſimorum virorum guſtui artificioſiſſimè fuerit ab eo proſpectum. Impreſſor illius formæ octavæ fuit Henricus Syboldus Argentorati 1530.

Gabriel Humelbergius, Ravenſpurgenſis, Antonio Muſæ de herba Vetonica, & Apuleio de Medicaminibus Herbarum, commentaria adjecit, impreſſa Tiguri ap. Froſchoverum 1537. in 4.

Jo. Baptista Theodosius, patriâ Parmenſis, & Profeſſione Bononienſis Medicus, medicinales epiſtolas doctas, atque diſertas, ſcripſit ad clariſſimos & doctiſſimos viros, in quibus plura de materia Herbarum ediſſerit, nempe de Herbis trientalibus, dodrantalibus, & quinqunciali-bus &c. Illas Baſileæ impreſſit Epiſcopius Junior anno 1553. in 8. & illius reſponſales apparent fuiſſe primæ claſſis, & quoad nobilitatem & quoad doctrinam homines inter quos Alciatus, Manardus, Guicciardinus, Thurrinus, Victorius, aliique Medici, & Philoſophi præclariſſimi Bonon. ut Virgilius Gherardus, Ludovicus de Leonibus &c. atque Patritii primarii, ut Alexander de Manzolis Attendolus, Carolus Malvetius, Antonius de Albergatis, Julius Bottrigarius &c.

Otho Brunfelsius, Moguntinus, de re herbaria valdè benè meritus, Herbarum vivas Icones ad naturæ ſummam imitationem maxima cum diligentia & artificio effigiatas, cum effectibus & nominibus earum nobis exhibuit, impreſſas Argentinæ ap. Jo. Scotum 1530. volumini autem earum primo in fol. aliud ſimile ſuperaddidit, ibidem impreſſ. 1536. & poſtremò utiliſſimum Onomaſticon, ſeu Lexicon Medicinæ ſimplicis conſarcinavit, impreſſum Argentorati ap. Scotum 1543. in fol.

Robertus Stephanus, de Latinis & Græcis nominibus Arborum, Fruticum, Herbarum &c. valdè ſollicitus eadem diligentiſſimè conquiſita in unum codicis compoſuit octavæ formæ faſcem, & impreſſit Pariſiis anno 1536. quæ deinde Teobaldus Paganus Lugduni denuo evulgavit anno 1548. in 16.

Joannes Agricola, Ammonius, Germanus, in Nicolai Alexandrin Medici Græci librum de compoſitione medic. ſecundum loca inſudavit, ubi difficiliora & obſcuriora quæque enodando & aperiendo, Herbarum quoque materiem non perfunctoriè tetigit. Liber Ingolſtadii prodiit ap. Alexandrum Weiſſenhorn, anno D. 1541. in 4.

Jo. Lonicerus, Germanus, Scholia nova in Dioſcoridis Anazarbei de Med. mat. libr. à Marcello Virgilio in Latinum è græco verſos edidit, quæ Francofurti impreſſit Egenolphus 1543. in fol. Scholia itidem compoſuit, atque interpretationes Latinas in Nicandri Theriacam & Alexipharmaca, impreſſa Coloniæ ap. Jo. Soter 1531. in fol. Vivebat ſupradictus auctor Marpurgi an. 1554.

Adamus Lonicerus, Marpurgenſis, ſupradicti Joannis Gentilis, Hiſtoriæ naturalis opus novum concinnavit, in quo de Arboribus, Fructibus, Herbis &c. fuſè agitur, atque de vera cognitione delectu, & uſu omnium

C 3

nium ſimplicium Medicamentorum unà cum eorumdem ad vivum effigiatis imaginibus, Francofurti impreſſum ap. Chriſtophorum Egenolphum 1551. in fol. Prædicto operi idem auctor Tomum ſecundum ſuperaddidit, in quo rariorum Plantarum deſcriptionem attulit, cum earumdem Onomaſtico completo, & nominum explicatione, ibid. impreſſ. an 1555. in fol.

Symphorianus Campegius, vel Champerius, Lugdunenſis. Is Caſtigationes, ſeu Emendationes Pharmacopolarum, ac Arabum medicorum ut Meſue, Serapionis, Raſis, Alpharabii, & aliorum quatuor diſtinctas in libros emiſit in lucem, quas Lugduni impreſſit Jo. Criſpin. 1532. in 8. Campum item Elyſium Galliarum aperuit, ubi Herbæ & Plantæ virentes perpenduntur, & Analogia Medicinarum Gallicarum & Indarum ad trutinam phyſicam revocatur. Lugduni impreſſ. per Melch. & Gaſp. Trecſhel 1533. in 8.

Georgius Pictorius, Villinganus, Botanologica metricè & doctiſſimè delineavit, quod opus *Pantopolion* appellavit, Baſileæ impreſſum 1563. ap. Henric. Pet. in 8.

Georgius Kraut, Haginenſis, libros 4. Hildegardis de Elementorum &c. Leguminum, Fructicum, Herbarum, Arborum, Arbuſtorum & naturis & operationibus à ſe dimiſit Argentinæ ap. Jo. Scotum 1544. in fol.

Antonius Musa Brasavolus, Ferrarienſis, examen omnium ſimplicium quorum uſus in publicis habetur officinis promulgavit, Romæ impreſſ. 1536. in fol. de omnibus certè Medicinæ partibus optimè meritus propter indicem illum copioſiſſimum in Galeni operibus omnibus contextum & ſecundæ editioni Venetæ Juntar. 1551. appoſitum.

Carolus Stephanus, Gallus, de Agricultura libros VI. compoſuit, quos ex Gallico in Italicum tranſlatos ſermonem ab equite Cato Veneti typi anno 1581. in forma quarti folii nobis dedere; ſed meliora prius hoc eſt, Vinetum, Sylvam, Frutetum, Collem, Pratum, Lacum, Arundinetum, Seminarium, Plantarium. Deque re hortenſi Lugdunenſes Gryphici typi de anno 1536. & Pariſienſes Rob. Stephani de annis 1537. 1538. 1539. 1543. 1550. & 1570. & Latinè & Gallicè conceſſère.

Joannes Jovianus Pontanus, in parte prima ejus Poeticorum operum de Citri fructu & arbore comptiſſimè agit; Baſileæ impreſſ. ap. Cratandrum 1536. in 8.

Adamus à Bondesten, Medicus Baſilienſis, de herbis duodecim Zodiaci ſignis præciſè ſubjectis atque dicatis, curioſiſſimè egit, ex Paſch. Gallo in Med. Bibl.

Julius-Cesar Scaliger doctiſſima Commentaria, & Animadverſiones in VI. libros Theophraſti de Cauſis Plantarum, nec non Animadverſiones doctiſſimas in Theophraſti ejuſdem Hiſtoriam inſtruxit, impreſſas Lugduni ap. Juntas 1584. in 8. cum Roberti Conſtantini animadverſionibus

bus aliis ; item libros de Plantis Ariſtoteli adſcriptos integrè reſtituit atque ordinavit, impreſſ. Lutetiæ 1556. & Lugduni 1566. & Marpurgi 1598. in 8. ap. Egenolph. &c.

Aloysius Mundella, Brixianus, Annotationes in Antonii Muſæ Braſavoli ſimplicium examen confecit. Baſileæ impreſſ. 1543. ap. Michaelem Iſingrinum, unà cum ejuſdem medicinalibus epiſtolis &c.

Gualterius Hermenius Ryffus, Argentinenſis, annotationes ſtruxit & ſcholia in Ped. Dioſc. Anazarbei libros VI. integros de Medica materia, juxta Ruellianam verſionem, latinos redditos cum ſingulis, tum Stirpium, tum Animantium, ad naturæ æmulationem expreſſis imaginibus ultra millenarium numerum &c. impreſſ. Francof. per Chriſtoph. Egenolphum 1543. in fol.

Joannes Dantzius, Germanus, ſcripſit tabulam ſimplicium medicamentorum omnium quæ ap. Dioſc. Gal. Meſuem, alioſque habentur, item Dialogos de facultatibus ſimplicium publicæ expoſuit luci Baſileæ apud Henric. Pet. 1543. idem demum Dioſcoridem Germanicè loquentem videre voluit, quem &c.

Bartholomæus de Urbe veteri in Meſuem ſuum direxit calamum cujus ſimplices omnes Medicinas declaravit, ſolutiones multorum dubiorum attulit, difficultates artis enodavit: hos literarios labores Venetiis impreſſit Barthol. de Zanetis 1543. in fol. & Frobenius Pariſiis 1546. in 8.

Petrus Victorius, Florentinus, vir eloquentiſſimus, politiſſima ingenii ſui lima plurimos illuſtravit Auctores & præcipuè Catonem, Varronem, & Columellam de re ruſtica; impreſſos Pariſiis apud Rob. Stephanum 1543. in 8. & ut inter eruditiores Botanicos jure optimo poſſet adſcribi de laudibus Olivarum Hetruſco ſermone tractatum compoſuit, ubi Lauream Apollineam Minervali quam belliſſimè inſeruit Oleæ. Vivebat adhuc anno Domini 1585.

Gisbertus Horstius, Amſtelodamenſis, libellum de Turpeto & Thapſia radicibus pulcherrimum edidit, qui Romæ impreſſus fuit apud Antonium Bladum 1544. in 4.

Leonardus Fuchsius, Tubingenſis, de hiſtoria ſtirpium commentarios inſignes tit. & verè inſignes conſtruxit, adjectis vivis earumdem imaginibus &c. quos Baſileæ excudit Michael Iſingrinus 1542. in fol. Aſt breviori, ſeu contractiori ſub forma reaptatos ad majorem addiſcentium commoditatem ipſe Auctor imprimi denuò curavit Baſileæ ap. Iſingrinum 1545. ſub inſigni Palmæ in 8. Idem Apologiam edidit contra Gualtherum Ryffum Baſileæ impreſſam ap. Eraſmum Xylotectum 1544. in 8. Obiit Tubingæ Fuchſius VI. Idus Maii 1566. annos natus 65.

Joannes Manardus, Ferrarienſis, Epiſtolarum medicinalium lib. 20. conſcripſit, in quibus multa ad Med. ſimplic. & Herbariam rem ſpectantia dilucidavit, in quo Joan. Meſuei Annotationes & Cenſuras objecit, quos Baſileæ impreſſit Iſingrinus anno 1540. in fol. & Venetiis

Fran-

Franciſcus Camoſius 1557. in 8. & tertio her. Jo. Aubrii Hannoviæ 1611. in fol.

Theodoricus Dorstenius, Germanus: ab eo emanavit Botanicon continens herbarum deſcriptiones & Iconas ad vivum effigiatas ex Græcis Latiniſque auctoribus (ducatum ſibi quodamodo præbentibus) deductas; additis neotericorum obſervationibus & experientiis probatiſſimis pro corollario. Impreſſum fuit Francofurti ab Egenolpho anno Domini 1540. in fol.

Carolus Figulus Methodum Herbarum Dialogi forma, utiliter non minus quàm eleganter effinxit & ordinavit, quam Colonienſes Typi efformarunt anno Domini 1540. in 4.

Joannes Gorræus, Pariſienſis, Nicandri Theriacam & Alexipharmaca veluti reformata ad ſtudioſorum utilitatem Botanicam renovavit Pariſiis apud Vaſcoſanum anno D. 1549. in octavo.

Conradus Gesnerus, Tigurinus, Hiſtoriam Plantarum, & earundem vires en Dioſcoride, Theophraſto, Paulo Ægineta, Plinio, & recentioribus Græcis juxta elementorum ordinem digeſſit, quam Baſileæ impreſſit Robertus Winter 1541. in 8. & Venetiis Melchior Seſſa 1541. in 16. Commentariolum itidem de raris & admirandis herbis quæ, ſive quòd noctu luceant, vel ob alias cauſas, Lunariæ appellantur, cum iconibus quarumdam herbarum novarum, & Deſcriptione Fracti ſeu Pilati montis juxta Lucernam in Helvetia compoſuit, Tiguri excuſſum ap. Andream Geſnerum 1555. in 4. Item Catalogum Plantarum juxta varias linguas & Alphabeticam Dioſcoridearum Herbarum ſeriem, Tiguri impreſſam ap. Froſchoverum 1542. in 4. Inſuper ejuſdem habentur Tractatus varii de vetuſtis herbarum nominibus Baſileæ ap. Epiſcop. in 8. Tabulæ collectionis ſtirpium Argentinæ ap. Wendel. Richel. 1553. in 8. Apparatus & delectus ſimplicium medicamentorum Lugduni ap. Frellonios 1543. in 8.

Joannes Baccanellus, Regienſis, curioſam medicorum de conſenſu in cognoſcendis ſimplicibus conſpirationem produxit, Venetiis impreſſam anno 1553. in 8. & Lugduni ap. Juntas 1558. in 16.

Frater Angelus Palea, Juvenatenſis, & Fr. Bartholomæus Urbevetanus ord. Min. Obſ. copioſè ſcripſerunt in Antidotarium Jo. filii Meſue &c. volumen in fol. impreſſum fuit Venetiis per Bartholomæum de Zanetis Brixienſem anno 1543.

Hieronymus Tragus, Germanus, de ſtirpium, maximè earum, quæ in Germania naſcuntur uſitatis, nomenclaturis, propriiſque differentiis, nec non temperaturis & facultatibus, Commentariorum librorum 3. Auctor celebris fuit, quos Germaniæ ab eo conſcriptos in latium deduxit ſermonem David Kyberus Argentinenſis: vol. ſatis magnum & amplum, licet folii minoris integri, Argentorati impreſſit Wendelinus Richelius 1552. in quo pro corolario Benedicti Textoris adjectus eſt libellus de ſtirpium differentiis ex Dioſcoride ſecundum communes locos.

Jaco-

Jacobus Sylvius, Ambianus, annotationes, commentaria, in Meſuei opera confecit, typis Baſilienſibus Henric. Petri evulgata anno 1545. in fol. De Medicamentorum item ſimplicium delectu & præparatione methodicè in libris 4. egit editis Lutetiæ apud Andræam Wechel. 1541. in 8. & 1544. in fol. nec non Lugduni ap. Jo. Tornæſium 1584. in 8.

Petrus Jacobus Steve, Medicus Valentinus, in Nicandri Colophonii Theriacam interpretationes & enarrationes doctiſſimas texuit, cujus verſio cum textu Græco juncta ſic incipit:

Haud equidem longo expediam tibi carmine formas,
Omnigenoſque ictus, funeſtaque damna ferarum &c.

Liber impreſſus fuit Valentiæ per Jo. Meyflandrum 1552. in 8.

Joannes Tagautius, Vimaeus, de purgantibus medicamentis ſimplicibus libros duos compoſuit, quorum novam editionem Gulielmus Rovill. Lugdunenſis Typographus ſub ſcuto Veneto eſt operatus 1549. in 16. poſt primam Pariſiis Galeoti à Prato 1537. in 4.

Lucas Ghinus, Bononienſis, Medicus & Botanicus præclariſſimus, primus qui Botanicam profeſſionem inter alias medicas cathedras claſſicam fecerit, atque publicos & ſcholaſticos Academicos Hortos in Italia fundaverit ad oſtenſionem ſcilicet ſimplicium ſtudioſis Iatroſophis faciendam. Hic in re herbaria famigeratiſſimi Aldrovandi & excellent. Aloyſii Anguillaræ præceptor fuit, qui in hortis & Bononienſis & Patavini Archigymnaſii pluſquam Salluſtianis, Pompeianis, Athenienſibuſve doctiſſima tamquam Numina fuerunt exculti. Inter ea, quæ ex ingenii ſui fœcundiſſimo agro deprompta ſcriptis conſignavit, fuere de Curatione Morbi Neapolitani tractatio impreſſa cum practica Jo. Marquardi Spiræ ap. Bernardinum Albinum 1589. in 8. At lectiones illius Botanicæ de ſingulis Herbis ſimplicibuſque medicamentis ab eo publicè dictæ in Archigym. Bonon. per 28. annos continuos uſque ad annum 1555. in amplo volumine reſtrictæ aſſervantur manuſcriptæ apud Excell. D. Ovidium Montalbanum Bononienſ. Philoſophum & Med. Collegiatum atque Juriſtam Patriæ univerſæ Bonon. & concivium ejuſd. gloriæ vindicem & aſſertorem indefeſſum.

Benedictus Curtius, Symphorianus, Eques in Eccleſiâ Lugdunenſi vir omnigenâ eruditione præſtantiſſimus, volumen inſcriptum Hortorum libri XXX. in quibus Arborum Hiſtoria, partim ex probatiſſimis quibuſque auctoribus, partim ex ipſius auctoris obſervatione, collecta continetur: Lugduni editum & excuſſum per Jo. Tornæſium typographum Regium 1560. in fol.

Melchior Guillandinus, Boruſſus, Patavinæ Academiæ profeſſor Botanicus, ſcripſit egregium de papyro in C. Plinii maj. de papyro commentarium, Venetiis impreſſum ap. Antonium Ulmum 1572. in 4. De ſtirpibus item variis epiſtolas promulgavit Patavii ap. Gratioſum Perchacinum

num 1558. in 4. & demum contra Petrum Andræam Matthiolum apologeticè ſcripſit.

Hieronymus Cardanus, Mediolanenſis, Civiſque Bonon. poſtquam in Archigym. Bonon. ab anno 1562. uſque ad annum 1570. in eminenti Cathedrâ Medicâ profeſſus, Civilitate Bonon. fuit honorificentiſſimè donatus, quam in poſtremis ſuis operibus præ ſe ferre voluit. Inter illius opera medica, tam magna, tam erudita &c. Tomo 2. adeſt tractatus de Cyna radice, item de Sarza-parilla, Lugd. impr. per Seb. Gryphium 1548. in 4. & Marpurgi apud Egenolphum 1607. in 8. Inter ſingularia adeſt tractatus de ſimplicium medicamentorum noxâ, & quod componere liceat, cujus libellus ſeorſim impreſſus eſt Venetiis ap. Hieronymum Scotum 1545. in 8. Item ejus nonnulla de Plantis habentur in libro 8. de Subtilitate, impr. Lugd. 1550. in 8. & in primo Tomo de Varietate rerum, impreſſ. Baſileæ ap. Henric. Petrum 1557. in 8. Obiit Romæ 1576. cujus manuſcriptorum heres Rodulphus Sylveſtrius Bonon. ph. & med. opus novum de ſanitate tuenda & vita producenda imprimi Romæ curavit ap. Zanettum 1580. in fol.

Jacobus Dalechampius, Cadomenſis, Auctor fuit celeberrimus Hiſtoriæ generalis Plantarum, toties decantatæ apud omnes rei Herbariæ ſtudioſos; quæ Hiſtoria Tomis duobus & lib. XVIII. per certas artificioſas claſſes eſt diſtributa, Lugduni primò impreſſa 1554. in 8. & deinde anno 1587. apud Guliel. Rovilium &c.

David Kyberus, Argentinenſis, Lexicon Rei herbariæ trilingue concinnavit, Argentinæ impreſſum ap. Rihelium 1553. in 8.

Joannes Langius, Lembergius, vir longè doctus & eruditus, qui Archigymnaſii Bononienſis fuit alumnus, ut ipſe teſtatur libro primo ſuarum Epiſtolarum, Epiſtola 38. inter medicinalium epiſtolarum miſcellanea varia ac rara, herbarum explicationes & contemplationes digniſſimas protulit, ut lib. 1. Epiſt. 73. 74. & lib. 2. Epiſt. 20. 33. 56. Hujuſmodi Epiſtolarum volumen plures expertum eſt impreſſiones, primò Baſileæ ap Jo. Oporinum 1554. in 4. Francofurti ap. Wechelium 1589. in 4. Hannoviæ ap. Wechel. Her. 1605. in 8. &c.

Petrus Andreas Matthiolus, Senenſis, Dioſcoridis Commentator longè celeberrimus, & invidendâ certe famâ ab omnibus exceptus; ſuos primùm Commentarios in Dioſcoridem Italicè ſcripſit, quos pluries impreſſos vidit, quoſque à ſe recognitos & latinos factos Typis Valgriſianis Venetiis commiſit anno 1554. in fol. quibus adjectis iterum innumeris Plantarum & Animalium imaginibus, variiſque contra invidos defenſionibus, unà cum epiſtolis Medicinalibus opus ſuum cumulatiſſimum reddidit, Valgriſianis typis excuſſum de anno 1583. Illud item locupletiſſimum effecit opus Gaſpar Bauhinus, poſt diverſarum editionum collationem, infinitis propemodum augendo locis ipſum, ob ſynonima Plantarum, & notas iconeſque pluſquam 300. &c. Quod typis excuſſum fuit Francofurtenſibus Nicolai Baſſæi 1598. in fol.

Joannes Franciscus Rota, Medicus utriuſque Medicinæ peritiſſimus, Bo-

Bonon. de introducendis Græcorum medicaminibus librum doctum, & luculentum, tam ſimplicia, quam compoſita proſequentem edidit Boniæ apud Anſelmum Giaccarellum 1533. in fol.

Andræas à Lacuna, Hiſpanus, Segobienſis, annotationes doctas & elegantes in Dioſcoridem panxit, impreſſas à Gulielmo Rovillio Lugduni anno 1554. in 16.

Amatus, Luſitanus, Enarrationes ſcripſit in Dioſcoridis libros V. Venetiis impreſſas per Jordanum Zilettum 1557. in 4. & per Valgriſium item in 4. & antea per Rihelium Argentinæ 1553. Idem cenſuram acriorem in Petrum Andræam Matthiolum texuit, quam &c.

Robertus Constantinus annotationes & correctiones lemmataque in Dioſcoridem ſcripſit, quæ extant cum Amati Luſitani ad eumdem commentariis. Lugduni impreſſ. ap. Viduam Arnoleti 1548. in 8. Item annotationes in Hiſtorias Plantarum Theophraſti ext. cum Julii Cæſaris Scaligeri in eaſdem animadverſionibus, Lugd. impreſſ. ap. Jo. Jac. Juntæ fil. 1584. in 8. immò etiam cum notis & commentariis in eaſd. Jo. Bodæi à Stapel Amſtelodami 1644.

Gulielmus Rondeletius, Monſpelienſis, ſcriptum reliquit de compoſitione Medicamentorum, & de Pharmacopolarum officina, de Fucis, & alia ad Herbariam rem pertinentia, impreſſa Pariſiis ap. Carolum Maceum 1572. in 8. Scripſit item in librum primum Dioſcoridis Comment. Item de medicamentis paratu facilibus, de Agricultura; ſed nondum typographicam lucem ſunt experta ex Jouberti teſtimonio, qui ipſum in Patria obiiſſe tradit anno 1566. 30. Julii æt. 58. annorum.

Henricus Crolachius, Gotthanus, ſcripſit de Iſatide Herba, quam Thuringia producit, & de ejus cultura & præparatione ad inficiendos & colorandos pannos. Impreſſa Tiguri ap. Jac. Geſnerum 1555. in 8.

Joannes du Choul G. F., Lugdunenſis, de varia Quercûs Hiſtoria eruditiſſimum librum concinnavit, cui Montis Pylati deſcriptionem adjunxit, & alia nimirum de obſervatione proſperæ valetudinis, & de divinarum humanarumq; artium comparatione, quæ Lugduni impreſſit Guliel. Rovillius 1555. in 8.

Joannes Cosma Holtzachius, Baſilienſis, annotationibus Dioſcoridem augere contendit, quæ Lugduni in publicam prodiere lucem ex Typographia Frellonii 1556. in 12.

Gulielmus Reginus, Lugdunenſis, exercitamenta Medicinæ exercuit in quibus de re Herbaria egit Lugduni ap. Molinæum impreſſa 1564. in fol.

Thomas Erastus, Helvetius, Aquenſis, in ſuis magnis diſputationibus adv. Paracelſum multa examinat ſimplicia, ubi de occultis Pharmacorum facultatibus penitiores examinat diſquiſitiones inveſtigando quid ſint hæ facultates, & quotuplices ſint, Baſileæ impreſſæ ap. Petrum Pernam 1573. & 1574. in 4. Examinavit inſuper ſimplicia quæ compoſitionem

D 2 The-

Theriacæ Andromachi ingrediuntur, quod ex impreſſione Lugdunenſi Commelini 1606. in 4. & 1607. in 8. apparet.

Ulysses Aldrovandus, Patritius Bononienſis, Collegiorum Philoſophiæ & Medicinæ Bononienſium Decanus, æternumque Decus; qui ab ineunte uſque ætate doctiſſimorum virorum conſuetudine ſemper uſus celſiores ipſas virtutes affectas & ſui obſequentiſſimas habuit. Primis illius ſtudiis clariſſima præfulſit Aurora, nam quo tempore auſpicatiſſimum in utrâque cenſura Lauream ſuſcepit, ab iisdem Bononienſibus Collegiis laureati fuere Thomas Eraſtus, Laurentius Joubertus, Horatius Augenius, Joannes Moybanus, Gabriel Humelbergius, Cæſar Raus, &c. aliiſque ſimiles ad ſublimiora Apollinis & Muſarum evecti miniſteria, & nobiliſſimum in templo Æternitatis locum adopti; ſic itaque Aldrovandus grandi ubique paſſu ad immortalitatem ſui nominis perrexit. Innumera inter opera & volumina ab illius elucubrata elaborataque ingenio & aſſiduitate, quæ ſpectant particulariter ad Plantas ſunt infraſcripta, videlicet de Plantis vol. magnum in VI. partes diſtributum de Arboribus nempe, de Fruticibus, de Suffruticibus, de Herbis communi nomine dictis, deque Frugibus, Leguminibus, & Triticeis; tandem de Herbis imperfectis. Dictionarium omnium rerum naturalium, quorum mentio fit in omnibus Hippocratis Coi libris, nempe Plantarum &c. Sylva Allegoriarum myſticos totius S. Scripturæ ſenſus complectens præſertim Foſſilium, Plantarum, Elucidarium Theologicum de Foſſilibus & Plantis &c. Lectiones in lib. V. Dioſcoridis Anazarbæi publicè 40. annis continuis in Gymnaſio Bononienſi perlectæ, & in multos libros diſtributæ. Commentaria in eoſdem Dioſcoridis libros, quorum magnam partem ſe vidiſſe teſtatus eſt præclar. Botanicus Joach. Camer. Fr. Joach. ap. Iſraelem Spacchium Argentinenſem in ſuo Nomenclatore impreſſo Francofurti ap. Martinum Lechlerum 1591. Index Plantarum omnium quas in 16. voluminibus diverſis temporibus exſiccatas agglutinavit. De Plantis odoratis & viroſi Odoris Hiſtoria. De Abrotani veriloquio, æquivocatione, & Synonimis, & de Onobrychi. De differentiis, & figuris partium præcipuarum Plantarum, Foliorum nempe, Florum &c. Index Plantarum & Animalium depictorum in pluribus Voluminibus &c. Methodi variæ de Foſſilibus, Plantis, & Animalibus. De cauſa finali Plantarum lib. De Hortorum origine atque diverſitate & utilitate &c. De Sycomoro. Quod ſpongiæ ſint Plantæ imperfectæ &c. De Papyro &c. Plantas inutiles an Natura producat? De Farre. De Nicotiana. De Sandice. De Lolio, & ejus remediis &c. Ex his omnibus priora enumerata lucem non feram fortaſſe videbunt, & ni tabellæ incidendæ remoratæ hucuſque fuiſſent earumdem editionem impreſſorum Voluminum de aliis rebus naturalibus Corpus majorem in molem fuiſſet redactum. Obiit Ill. Aldrovandus annis, ſed magè gloria onuſtus, quia nunquam interiturus in hominum memoriis: obiit anno Domini 1605. 4. Nonas Maii, & in Divi Stephani perquam vetuſtiſſima Baſilica, intraque nobiliſſimorum ejus majorum Sarcophaga, ubi ipſum Theſeus Pater, Petrus I. V. D. avus, Nicolaus

I. V. D.

I. V. D. abavus, & Jo. Franciſcus Senator atavus, aliique atavorum atavi, Heroica virtute præſtantiſſimi olim eumdem operiebantur conſepultus, terrenam depoſuit ſarcinam.

Otho, Cremonenſis, ſcripſit de Electione meliorum Simplicium, ac ſpecierum Medicinalium Rithmos, Francofurti impr. ap. Her. Egenolphi 1559. in 8. & Pariſiis ap. Car. Perrier 1559. in 8.

Cæsar Odonus, Aquilanus, Medicinæ Profeſſor in Archigym. Bonon. ſparſas Theophraſti de Plantis ſententias, & in continuatam ſeriem ad propria capita reductas ſecundum literarum Alphabeticarum ordinem collegit: impreſſit eas Bononiæ Alexander Benatius anno 1561. in 4.

Joannes Bruerinus, Campegius, Gallus, de re Cibaria libros XXII. ſcriptis conſignavit, in quibus omnia Ciborum genera omnium gentium moribus uſu comprobata continentur, excuſſos Lugduni per Sebaſt. Honor. 1560. in 8. & Francof. per Palthenium 1600. in 8. & 1606. ibidem cum animadverſione Othonis Caſmani.

Jodocus Harchius Enchiridion Medicum &c. ubi Simplicium nomina, facultates, hiſtoriam, & adminiſtrationem brevi Poemate complexus eſt, impreſſum Baſileæ 1573. in 8.

Antonius Mizaldus, Monſlucianus Gallus, inter ſublimiores proprii ingenii admirabiliſſimi fœtus hæc ad Botanicam ſpectantia habentur: de Arcanis Naturæ. Hortorum ſecreta, cultus, & auxilia, Lutetiæ impreſſ. ap. Feder. Morellum 1560. & 1575. in 8. & Coloniæ Agripp. apud Gymnicum 1577. in 8. Item de Hortenſium arborum inſitione opuſculum, ſeorſim impreſſum Lutetiæ ap. Morellum. Dendranatome, ſeu exploratio & diſſectio corporis arborei in ſua ſigillatim membra & partes ubi de earum officiis, nutritione, ſuccis, humoribus, & aliis &c. ibid. 1575. in 8. Artificioſa methodus comparandorum Hortenſium Fructuum &c. quæ corpus clementer purgent &c. Lutetiæ ap. Morellum 1564. in 8. & Coloniæ ap. Gymnicum 1577. in 8. Opuſculum de Sena Planta inter omnes quotquot ſunt hominibus beneficentiſſima & ſaluberrima &c. Lutetiæ ap. Morellum 1572. in 8.

Benedictus Aretius Deſcriptionem ſtirpium in Stochornii & Neſſii Bernatium Helvetiorum ditionis Montibus naſcentium confecit, quæ extat cum Valerii Cordi annotationibus in Dioſcoridem, Tiguri impreſſis apud Andr. Geſnerum 1561. in fol.

Antonius Snebergerus, Tigurinus, Medicamentorum condidit Euporiſton, ſive facilè parabilium ennumerationem, quam edidit Francofurti ap. Andr. Wechel. 1581. in 8. Idem medicamentorum ſimplicium brevem inſtitutionem Tiguri ap. Jac. Geſnerum 1562. in 8.

Rembertus Dodonæus, Mechlinienſis, ſtirpium exactiſſimas deſcripſit Hiſtorias in ſex Pemptades ſeu libros 30. partitas, illas poſtremo auctas, & emend. in unumq; collectas typis cudi fecit Antuerpianis Moretorum 1616. in fol. quæ antea diviſim elaborata diverſis in 8. forma prodierant temporibus, ut Florum & Coronariarum, odoratarum Herbarum

Hiſtoria, Antuerpiæ ap. Plantinum 1568. Frumentorum, Leguminum, Paluſtrium, & Aquatilium herbarum Hiſtoria, Antuerpiæ ap. Plantinum 1566. Purgantium aliorumque eò facientium, tum & radicum, convolvulorum ac deleteriarum Herbarum Hiſtoria Antuerpiæ ap. Plant. 1574. Item Hiſtoria vitis viniferæ, & ſtirpium nonullarum aliarum Coloniæ ap. Cholinum 1580. De Frugum Hiſtoria lib. 1. & Epiſtolæ aliquot de Farre, Chondro, Trago, Ptiſſana, Crimno, Alica, Zytho, Cereviſia &c. Antuerpiæ ap. Jo. Loeum 1552. in 8. Reperiuntur etiam prodromi vice trium priorum de ſtirpium Hiſtoria commentariorum Imagines &c. unà cum indicibus, Antuerpiæ impreſſ. ap. Loeum 1553. in 8. Et trium poſteriorum itidem imagines &c. Antuerpiæ ap. Loeum 1554. in 8. Appendix demum illius adeſt variarum & quidem rariſſimarum Plantarum, Stirpium, & Florum peregrinorum elegantiſſimorumque deſcriptiones continens &c. Antuerpiæ impr. ap. Plantinum 1574. in 8.

Petrus Belonius, Cenomanus, Obſervationes plurimarum ſingularium & memorabilium rerum in Græcia Aſia, Ægypto, Judæa, Arabia &c. & de neglecta Stirpium cultura Comment. tribus libris Gallicè expreſſit, quos Carolus Cluſius Latinos fecit, & recenſuit impreſſos cum eod. Cluſio. Idem Belonius de Arboribus Coniferis, Reſiniferis, aliiſque ſempiternâ fronde virentibus, cum eorumdem Iconibus ad vivum expreſſis. Item de Melle, Cedrino, Cedria, Agarico, Reſinis &c. Eoſdem labores egregios, evulgatos Pariſiis ap. Bened. Prævoſt 1553. in 4. habemus.

Bartholomæus Maranta, Venuſinus, methodum cognoſcendorum Medicamentorum ſimplicium libris tribus accommodavit, & in lucem emiſit anno Domini 1559. typis Valgriſianis. Venetis in 4.

Marcus Nevianus, Gerardimontanus, de Plantarum viribus Poemation panxit, Lovanii impreſſum ap. Hieronymum Wellæum 1563. in 8.

Petrus Gorræus, Bituricenſis, formulas remediorum, quibus vulgò medici utuntur expoſuit, ubi de Herbis plura examinantur Lutetiæ ap. Ægidium Gorbinum 1560. in 16. & Lugd. ap. Joan. Mareſcall. anno 1584. in 8.

Paulus Hessius Melchioris Guillandini 20. Problematum contra Petr. Andræam Matthiolum defenſorem egit, defenſionemque Patavii impreſſit M. Antonius Ulmus 1562. in 8. unà cum ejuſdem Matthioli adverſus ead. Problemata diſputatione.

Nicolaus Monardes, Hiſpalenſis, de ſimplicibus Medicamentis ex occidentali India delatis, quorum in Medicina uſus eſt, tractavit, cujus latinus interpres fuit Carolus Cluſius, cujuſq; Antuerpiæ lib. prodiit Typis Plant. 1574. in 8. Ejus item habentur tractatus de Roſa, de Roſis Perſicis, ſeu Alexandrinis, de Malis Citriis, Aurentiis, ac Limoniis, Antuerpiæ impreſſ. ap. Martini Nutii Viduam 1565. in 8. Item de Lapide Bezoar deque herba Scorzonera lib. 1. Lugd. impreſſ. ap. Raphalengium 1605. in fol.

Joan-

Joannes Witichius, Vinarienſis, Methodum ſimplicium Medicamentorum Patavii 1556, & de correctionibus Medicinarum ſimplicium, Lipſiæ ap. Henningum Groſſium 1596. in 8. publici juris fecit.

Jacobus Wecherus, Baſilienſis, in ſuo magno Antidotario ſpeciali & generali multa & ſpecioſa & exquiſita de ſimplicibus Medicamentis & de Herbis proponit, & tradit, impreſſ. Baſileæ ap. Epiſcopium 1580. & 1581. in 4.

Levinus Lemnius, Zirizeus, Similitudinum, ac Parabolarum, quæ in Bibliis ex Herbis atque Arboribus deſumuntur dilucidam explicationem elaboravit impreſſam. Antuerpiæ ap. Guliel. Simonem 1569. in 8. & Erfordiæ ap. Eſaïam Mechlerum 1581. in 8.

Antonius Pinæus Hiſtoriæ Plantarum Epitomen, cum earumdem imaginibus, nomenclaturis, qualitatibus, natali ſolo &c. ex Dioſc. compilavit; impreſſ. Lugd. ap. Viduam Gabrielis Coterii 1567. in 12.

Augustinus Gallus opus Agriculturæ 20. dierum cum figuris &c. Italico idiomate compoſuit, publicèque expoſuit typis Camilli Borgominerii Venetiis anno 1584. in 4.

Nicolaus Winchlerus, Forchemius, à quo prodiit Chronica Herbarum, Florum, Seminum, Fructuum, Radicum &c. quo nimirum tempore ſingula eorum colligenda atque in uſum ſint deducenda medicum Auguſtæ Vindelicorum ap. Michaelem Mangerum 1571. in 4.

Franciscus Calceolarius, Veronenſis, Petri Andreæ Matthioli commentariorum in Dioſcoridem compilator voluit eſſe, & compendiator, ut commodò Studioſorum majori conſuleret. Iter item Verona ad Baldum Montem Plantarum refertiſſimum deſcripſit. Hæc omnia Venetiis impreſſit Valgriſius 1571. in 4. & Paulus Zamfretus 1584. in 4. opera tamen & auxilio calami Joannis Baptiſtæ Olivæ Philoſ. & Medici eruditi &c.

Petrus Pena, & Matthias de Lobel, Plantarum ſeu Stirpium Hiſtoriam ſub titulo *Adverſariorum novorum* unitim contexuère, Londini impreſſam 1571. ap. Thomam Purfoetium ad Lucretiæ ſymbolum in fol. cum fig. In quam tamen Hiſtoriam animadverſiones & annotationes ſeorſim confecit ipſe Lobelius titulo Stirpium ſeu Plantarum Hiſtoriæ, cum annot. &c. Antuerpiæ impreſſas ap. Chriſtoph. Plantinum Architypographum Regium 1576. in fol. Item Balſami, Opobalſami, Carpobalſami, & Xylobalſami cum ſuo cortice explanationem Londini publicavit ap. Arnoldum Harfield 1598. in 4. Adverſariorum itidem partem alteram compoſuit, & Illuſtramenta, quæ cum Ludovici Myrei paragraphis utiliſſimis Londini Thomas Purſ. 1605. in fol. impreſſ.

Bernardus Dessenius Cronemburgius, Colonienſis, de compoſitione Medicamentorum, libros X. doctiſſimè exaravit, in quibus ſimplicium Medicamentorum quibus ea conſtant, exactiſſimam notitiam cum eorum delectu exponit in iiſque fatetur ſe omnia accepta tuliſſe à Bononienſibus præclariſſimis Præceptoribus, ut lib. 1. 3. 4. 5. & 8. in enarratione Nu-

cis

cis myriſticæ & lib. 9. in declaratione unguenti rubri puerorum & Herbæ Bugloſſæ rubræ ſub his verbis: *Eorum opinio veri ſpeciem habet, qui Bugloſſam rubram appellant, à radice nimirum inducti; quin & folia Bugloſſæ noſtræ pene ſimilia viſuntur cum quadam aſpera inæqualitate. Hanc ipſam Herbam à ſimplicium ſtudioſis Anchuſam vocari menini, dum Medicinæ olim Bononiæ operam darem, creſcitque abundè in foro Boario, ubi nos ſæpe effodimus, & hanc Alcannam dicere quis vetat?* Francofurti impreſſit Chriſtophorus Egenolphus 1555. in fol. deinde Lugduni Gulielmus Rovillius 1556. in 8.

Josephus Milius, Voltolinas, ſcripſit de Hortorum cultura libros tres, impreſſos Brixiæ ap. Vincentium Sabium 1574. in 8.

Garzias ab Horto, Luſitanus, Aromatum & ſimplicium aliquot Medicamentorum ap. Indos naſcentium Hiſtoriam, primò Luſitanicè, & per Dialogos ſcripſit, deinde verò Latinam factam contractiorem reddidit, & iconibus exornavit, quam Carolus Cluſius adhuc ornatiorem fecit, & annotationibus illuſtravit, impreſſam Antuerpiæ à Plantino anno Dom. 1574. & 1593. in 8.

Christophorus à Costa, Hiſpanus, Aromatum Orientalium Hiſtoriam Hiſpanicè ſcripſit, quam Carolus Cluſius in Latinum vertit & non ſemel imprimi curavit Antuerpiæ 1582. in 8. & 1605. in fol. cum aliis &c.

Honorius Bellus, Vicentinus, Epiſtolis aliquot ad Carolum Cluſium de variis ſtirpibus quæ Hiſtoriæ rariorum Plantarum Cluſii ſunt appoſitæ & impreſſæ à Moreto Antuerpiæ 1601. in fol. inſignem ſe præſtitit Botanicum, huicque promeritus eſt inſeri Bibliothecæ.

Tobias Roelsius Epiſtolis quoque ad eumdem Carolum Cluſium de materia Plantarum inſignem ſuam Herbarum cognitionem ſcriptis perpetuis palam fecit, ut impreſſio ejuſdem Cluſii oſtendit.

Carolus Clusius, Atrebas, doctiſſimus & famigeratiſſimus Herbarum Scriptor. Primò rariorum Stirpium per Hiſpanias obſervatarum Hiſtoriam libris duobus expreſſit Antuerpiæ ap. Plantinum 1576. in 8. Secundò rariorum aliquot Stirpium per Pannoniam, Auſtriam, & vicinas Provincias obſervatarum Hiſtoriam quatuor libris concluſam, impreſſamque Antuerpiæ ap. Plantinum 1583. in 8. Hiſtoriam tertiò rariorum Plantarum ſupradictarum auctam & admirabiliter exornatam cum figuris impreſſam Francofurti ap. Jo. Moretum 1601. in fol. Item Exoticorum in alio volumine in fol. libros X. cum figuris, & aliis &c. impreſſ. Lugduni Batav. ap. Raphelengios 1605. cui acceſſere Curæ poſteriores & variæ Obſervationes &c.

Joachimus J. F. Camerarii, Norimbergenſis, opuſcula de re ruſtica nobiliſſimè expolivit, impreſſa Norimbergæ ap. Catharinam Gerlachin 1577. in 4. & ap. Petrum Kauffman 1696. in 8. Hortum item Medicum in quo plurimarum ſtirpium deſcriptiones, novæque icones non paucæ cum Euporiſtis remediis, aliiſque ad rem Botanicam facientibus habentur,

tur, excoluit. Epitomen de Plantis Petr. Andrææ Matthioli novis Iconibus & Deſcriptionibus valdè nobilitavit èx Francof. impreſſione Feyrabendii 1586. in 4. Symbolorum & Emblematum centurias tres concinnavit, quarum prima ex Herbis eſt decerpta, ubi rariorum Stirpium abſtruſè proprietates cum Philologis aliis eſt complexus quas Norimbergæ excudit Jo. Hofman & Camoxius 1593. in 4. cum iconibus æreis &c.

Laurentius Joubertus, Valentinus, Delphinas, qui Archigymnaſii Bonon. fuit alumnus: plurima è cujus elevato ingenio excelſa ſcripta prodiere, ſeorſim verò Pharmacopæia Opera, Jo. Pauli Sangmileri ſtudio edita Lugduni ap. Stephanum Michaelem 1579. in 8. quæ plura nobis circa herbas ſpeculanda proponunt. In Latinorum autem operum terno primo Catalogus ſimplicium Medicamentorum habetur exactus, & alia etiam ad rem herbariam facientia proferuntur. Impreſſio cujus eſt Francofurtana Wechelorum 1599. in fol.

Joannes Costæus, Laudenſis, Profeſſor olim Medicinæ Practicæ primarius in Archigym. Bonon. ab anno ſalutis 1581. uſque ad ann. 1599. quo obiit. Ejus habetur non infimum opus de Univerſali ſtirpium natura, libris duobus compactum, impreſſumque Auguſtæ Taurinorum anno 1580. in 4.

Leonardus Thurneisserus, Baſilienſis, Hiſtoriam ſive Deſcriptionem Plantarum omnium, tam domeſticarum, quam exoticarum, in qua earumdem, cum virtutes influentiales elementares, & naturales, tum ſubtilitates, nec non icones etiam veras nobili & ingenioſo conatus eſt aſtruere labore. Berolini eam impreſſit Michael Hentzke 1578. in fol.

Joannes Thomas Freigius, Quæſtionum Medicarum libros 36. compoſuit, inter quos 28. inſcriptus Dendrographia, & 29. Phyturgia 30. Botanologia, impreſſi Baſileæ per Henric. Petrum 1588. in 8.

Salomon Albertus Orationes de cognitione herbarum, deque Moſchiaromatis precioſiſſimi natura, efficacia, aliiſque diſertiſſimè tractavit: liber Norimbergæ impreſſus eſt ap. Catharinam Gerlachiam 1585. in 8.

Andræas Cæsalpinus, Aretinus, vir doctiſſimus, libros 16. de Plantis edidit Florentiæ ap. Georg. Mareſcottum 1583. in 4.

Jo. Bapt. Porta, Neapolitanus, Villæ amœniſſimæ & erudítiſſimæ libros XII. conſtruxit, in quibus verus Plantarum cultus, certaque Inſitionis Ars prioribus inviſa ſeculis monſtratur, typis Wechel. Francofurt. 1592. in 4. Phytognomonicam prius octo libris concluſam aperuit, in quibus nova facillimaque affertur methodus quâ Plantarum &c. ex primâ faciei extimæ inſpectione abditæ probè vires dignoſcuntur, Neapoli primùm impreſſam ap. Horatium Salvianum 1583. & 1588. in fol. deinde Francofurti ap. Jo. Wechelium 1591. in 8.

Leonardus Rauvolfius, Auguſtanus, Itinerarium Orientis in Syriam, Judæam, Arabiam &c. in ſex partes diſtinctum, in quibus plurima rara de omni materia medica, additis variis Plantarum &c. iconibus clarè

rè eſt proſecutus, quod literario expoſuit orbi integro Typis Laugingæ 1583. in 4.

Balthassar Pisanellus, Bonon. Philoſophus & Medicus, de eſculentorum potulentorumque facultatibus, in quo ſimplicia permulta exactè examinantur & trutinantur, librum edidit ſatis claſſicum & famoſum Venetiis typis Jo. Bapt. Portæ 1584. in 4. quem librum primò Italicè ſcriptum in Latium vertit Arnoldus Freitagius, & imprimi curavit Herbornæ ap. Chriſtophorum Corvinum 1593. in 8. quem denique cudi & alius voluit Genevæ ap. Phil. Abertum in 16.

Castor Durantes, Medicus Gualdenſis, de bonitate & vitio Alimentorum Medicam juxta Cenſuram tractavit abundè, ejuſmodi ſcripta impreſſit Piſauri Heres Bartholomæi Cæſani 1595. in 4. & Romæ prius Berrichius anno 1585. in fol. Herbarium itidem novum idem vulgari idiomate (intertextis tamen Latino metrico virtutibus herbarum variis) compoſuit, impreſſum Romæ per Jacobum Berrichium & ſoc. ann. 1585. in fol.

Claudius Roccardus, Trecenſis, de plantis Abſynthii tractatum promulgavit Venetiis ap. Robert. Mejettum 1589. in 4.

Gregorius & Jacobus Horstii, Germani, Herbarium Horſtianum ſeu de ſelectis Plantis, & Radicibus lib. ij. complevere anno 1587. item opuſculum de Vite vinifera accuratè compoſuere, quorum labores impreſſi ſunt Helmſtadii ap. Lucium 1587. in 8. & Marpurgi ap. Gaſparem Chemlinum 1630. in 8.

Raymundus Minderetus, Medicus Auguſtanus, chimicis inſtructiſſimus, & maximè iis quæ ad rem Botanicam ditandam conducunt, Aloedarium Marocoſtinum, in quo multorum ſimplicium, & plurium Herbarum perquiruntur naturæ, & facultates, publicavit, Auguſtæ Vindelicorum anno 1616. ap. Chriſtophorum Mangium in 8.

Jo. Baptista Montanus, Veronenſis, cujus Medicinam univerſam, in tres tomos diſpoſitam, Weindrichius Uratiſlavienſis typis Wechelianis Francofurtenſibus commiſit anno Domini 1587. in fol. in quibus commentaria de qualitatibus ſimplicium medicamentorum abundè habentur, quorum explicatio ſeorſim etiam impreſſa viſitur typis Balthaſſaris Conſtantini Veneti anno 1555. in 8.

Nicolaus Winclerus, Forchimius, Chronicam Herbarum, Florum, Fructuum, Radicum, Succorumque produxit impreſſam typis Auguſtanis 1571. in 4.

Joannes Belidas, Weneranus, Tabulam ſimplicium Medicamentorum uſualium ſeptem linguis ſtravit, & eorumdem facultates ordine alphabetico digeſtas enucleavit: Embdæ ap. Nicolaum Bieſtcanum 1576. in 8.

Laurentius Scholzius, Uratiſlavienſis, Uratiſlavicum Hortum deſcripſit, & illud carmine eleganter celebravit, cui Catalogum adjecit Botanicum &c. Uratiſlaviæ, typis Her. Scharffembergii 1587. in 4.

Ægi-

Ægidius Everartus, Antuerpienſis, de Herba Peto, ſeu Nicotiana commentariolum edidit, impreſſum Antuerpiæ ap. Bellerum 1587. in 24. Item de Radice Mechoacanæ, & alia etiam &c.

Joannes Thalius, Northuſanus, Sylvam Hercyniam, propriis non ſolum pedibus, ſed ingenio probè luſtratam apprimè deſcripſit, in qua Plantarum ibi naſcentium, atque in montibus, viciniſque illi locis verſus Saxoniam, Catalogum contexuit typicè extantem cum Horto medico Joach. Camerarii Francof. apud Feirabendum 1588. in 4.

Gaspar & Joannes Bauhini, Fratres Baſilienſes, virtute, & ingenio pares, ſummum ambo Botanicæ gloriæ culmen conſcenſi. Ille ſcilicet Gaſpar Phytopinacem inſtruxit, hoc eſt ennumerationem Plantarum unà cum ſuis iconibus impreſſam Baſileæ per Sebaſt. Henric. Pet. 1596. in 4. Item Pinacem Theatri Botanici ſeu indicem in Theophr. Dioſc. &c. cum 6000. Plantarum ſynonymiis & diferentiis Baſileæ impreſſam ap. Ludovicum Regem 1623. in 4. Item Prodromum Th. Bot. cum fig. Francofurti ap. Jo. Trudelium 1620. in 4. Item Catalogum herbarum Baſilienſium, Baſileæ impr. ap. Jac. Genathium 1622. in 8. Inſuper Animadverſiones in Hiſt. gen. Plantarum Lugdunenſem, impr. Francofurti ap. Nicol. Baſſæum 1601. in 4. Illuſtrationem denique & auctionem Petri Andreæ Matthioli in Dioſc. Francof. ed. ap. Nic. Baſſæum 1598. in fol. Hic nimirum Joannes de variis Foſſilibus, Stirpibus &c. cum plurimis figuris & iconibus egit, impr. Montisbelligradi ap. Jac. Foillet 1598. in 4. & 1607. & 1612. in 4. Item de Plantis à Divis Sanctiſque nomen habentibus, in opere de conſenſu & diſſenſu auctorum circa Stirpes, Baſileæ impr. ap Conr. Waldkrich 1591. in 8. Similiter de Plantis Abſynthii nomen habentibus, quæ unico pro capite inſeri debebant volumini magno conſenſus & diſſenſus Auctorum circa ſtirpes nunquam completo, opuſculum tamen hujuſmodi impreſſum fuit Montisbelligradi ap. Jac. Foillet 1593. in 8. cui adjectus eſt alius tractatus de Abſynthiis Claudii Roccardi Trecenſis, Campani, & præfatio Marci Morelotti medici. Magnam denique laborum partem contulit in Hiſtoriâ Univerſali Plantarum omnium Botanicarum operum abſolutiſſima, & tribus voluminibus explicata in quâ quoque inſudarunt Henricus Cherlerus Baſilienſis, & Dominicus Chabræus Genevenſis, Medici, eamque publicarunt, imprimique curarunt Ebroduni 1650. in fol. cum ſuis proportionatis copioſiſſimis figuris.

Jacobus Theodorus, Tabernæmontanus, Opus inſigne Botanicum Plantarum ſpecioſas Icones continens elaboravit, impreſſum Francofurti anno 1588. in fol. Germ. ap. Nicolaum Baſſæum.

Andræas Libavius Centuriam Epiſtolarum & variorum Carminum circa laudes & virtutes admirandas Panaceæ Anmualdinæ panxit, impreſſ. Francofurti ap. Nic. Baſſæum 1591. in 8.

Theodorus Celidonius, Bononienſis, Agriculturam integram capitibus 86. diſtinctam adornavit, ubi ſerendarum, nutriendarum, & perficiendarum Plantarum, tam hortenſium campeſtriumque, quàm Arborea-

rum modum dedit, foliis n. 170. & illam nobili viro Auguſtino Panolino civi Bonon. dicavit anno Domini 1588. die 15. Octobris, quam manuſcriptam & Italico ſermone conceptam in ſuo inter alia plurima MS. aſſervat Muſæo Excell. Ovidius Montalbanus Phil. & Juriſta Bonon.

Tarquinius Ocyorius vigintiquinque radices herbarum Peſti reſiſtentes deſcribendas & celebrandas ſelegit, quas Argentorati excudit Joſephus Rihelius 1589. in libro octavæ formæ.

Jacobus Antonius Cortusus, Patritius Patavinus, Herbarum ſcientiſſimus & novarum Stirpium repertor, qui de ſuo nomine Cortuſam Herbam appellavit ſimillimam licet ſaniculæ montanæ & Alpinæ Gaſp. Bauhini, Lobelii, Cluſii, Tabernæmontani, & aliorum. Liber ab ejus prodiit & genio & ingenio, in quo eſt graphicè & literaliter Hortus Simplicium Patavinus affabrè delineatus æternitati eſt conſecratus, impreſſus Venetiis per Hieronymum Porrum 1592. in 8. qui eumdem librum ejus auctori dedicavit.

Fabius Columna, Romanus, Academicus Lynceus. Plantarum aliquot Hiſtoria φυτοβάσανος dicta, earum tamen, quæ verius reſpondere videntur Antiquorum Plantis deſcriptis, Dioſc. item Theoph. Gal. Plinii &c. cum novis animadverſionibus illius eſt Neapoli cuſa per Jo. Jacobum Carlinum 1592. in 4. Item ἔκφρασις minus cognitarum, rariorumque noſtro ævo orientium ſtirpium, impreſſa Romæ cum æreis figuris ap. Jac. Maſcardum 1616. in 4.

Gabriel Alphonsus Herrera, Hiſpanus, Agriculturam ab antiquis atque Neotericis ſcriptoribus erutam præſenti ſeculo accommodavit, atque in libros 6. ordinavit, quos è Caſtilionenſi in Italicam vertit linguam Mambrinus Roſeus Fabrianenſis, quorum volumen quartæ formæ impreſſit Venetiis Nicolaus Polus.

Prosper Alpinus, Maroſticenſis, Botanicus Patavinus, de Plantis Ægypti ab eo obſervatis volumen celebre compoſuit, cui adjectus eſt de Balſamo Dialogus, Venetiis ap. Fran. de Franciſcis impreſſus in 4. Item de Plantis exoticis libros 2. qui ab Alpino Alpino filio poſt Patris obitum completi & elimati atque editi fuere cum æreis figuris ap. Joan Gueriglium 1627. in 4.

Antonius Pasinus, Med. annotationes, & emendationes Italico idiomate compoſuit in Dioſcoridis libros & Petrum Andræam Matthiolum, impreſſas Bergomi per Cominum Venturam 1592. in 4.

Aloysius Anguillara ſcripſit de ſimplicibus librum unum, cui notas adjunxit Gaſpar Bauhinus, quem impreſſit Baſileæ Henric. Petrus anno 1593. in 8.

Adrianus Junius, Hornanus, Nomenclatorem herbarum &c. ſeptem linguis exp. cum 30. titulis medicæ rei illuſtrandæ cauſa impreſſ. Francofurti ap. Jo. Saurium 1596. in 8.

Conradus Heresbachius, Germanus, Spirenſis, quatuor rei ruſticæ libros doctiſſimè & eruditiſſimè ſcripſit, in quibus naturas & vires herba-

rum,

rum; cum earumdem cultura egregiè admodum demonſtravit Spiræ Nemetum 1603. typis Commelinianis in 8.

Janus Antonius Saracenus, Lugdunenſis, novam interpretationem in Pedacii Dioſcoridis opera fabrefecit, additis eidem fabricæ, coronamentorum ad inſtar, variis ſcholiis, quibus variæ variorum codicum lectiones examinantur, diverſæque ſententiæ proponuntur, & conciliantur, impreſſam Francofurti ap. Andreæ Wecheli Her. anno 1598. in fol.

Jacobus Pons, Lugdunenſis, Medicus doctiſſimus, qui Medicum optimè inſtruere & docere in opere inſcripto *Medicus* valuit, cui operi breves, utiliſſimas tamem, in Hiſtoriam Plantarum Rovillii annotationes inſeruit, impreſſo Lugduni ap. Jo. Pillehott. ſub ſigno Jeſu anno 1600. in 8.

Adamus Zaluzanius methodum rei herbariæ in ordinem redegit non parum proficuam, quam Francofurti Palthenius Typographus impreſſit anno 1604. in 4.

Joannes Fragosus, Hiſpanus, de ſuccedaneis Medicamentis rectè ſubſtituendis determinationes cum animadverſionibus, in quibus plura medicamenta compoſita ſcripſit Mantuæq; imprimi curavit ap. Petr. Coſin. 1575. in 8. & Matriti ap. Gomeſium 1583. in 4. Aromatum deinde, fructuum, & ſimplicium aliquot medicamentorum ex utraque India or. & occ. in Europam delatorum Hiſtoriam contexit, quam ex Hiſpanica lingua in Latinam convertit Iſrael Spachius Argentinenſis, Argentinæque cudi juſſit à Jod. Martino 1601. in 8.

Joannes Pona, Veronenſis, accuratam deſcriptionem montis Baldi in agro Veronenſi Sermone Italico fecit, quam Carolus Cluſius in latinum traduxit, extantem cum ejuſd. Cluſii rar. Pl. Hiſtoriâ impreſſa Antuerpiæ ap. Joannem Moretum 1601. in fol.

Gasp. Schuuencfeltius, Sileſius, Gryphimontanus, Stirpium Sileſiæ Catalogum diſtinctiſſimum & uberrimum deſcripſit, ubi earumdem etymon, natale ſolum, tempus, natura, vires expertæ, aperiuntur. Lipſiæ ap. Dav. Albertum 1601. in 4.

Aureolus Philippus Theophrastus Bombast ab Hohenheim, dictus Paracelsus, in operum ſuorum medico-chymicorum, ſive paradoxorum tomis 12. Francofurti ap. Palthenios impreſſis 1603. in 4. multa continentur quæ ad Herbarum notitiam referuntur ut tomo 6. de natura rerum libris novem, & tomo 7. ubi herbarius Theophraſti de virtutibus Herbarum, Radicum, Seminum &c. ſubinde de Elleboro albo, Perſicaria, Corduo, Angelica, Perforata ſeu Hypericone libro 2. & 3. agitur.

Oswaldus Crollius, Veteranus, Haſſus de ſignaturis rerum internis novum & inſignem edidit tractatum, ſeu de viva & vera Anatomia majoris & minoris mundi, ubi Plantæ, & earum partes humano corpori ejuſque partibus conferuntur, aſſimilanturque, ut inde nobiliſſima quadam conjectura arcana & abſtruſiora quæque elici poſſunt documenta me-

dica, qui tractatus excuſſus eſt, cum Baſilica Chymica ejuſdem auctoris Francof. ap. Georgium Marnium 1609. in 4. & Marp. 1635. ap. Pet. Chouet in 8.

Adrianus Spigelius, Bruxellenſis, Iſagogem in rem herbariam, libris ij. concluſam, elegantiſſimè æque ac doctiſſimè concinnavit, impreſſam primò Patavii ap. Paulum Mejettum 1608. in 4. deinde Lugduni Batavorum ap. Elzevirios 1634. in 16.

Joannes Georgius Schenkius à Graffemberg Hortum Patavinum cum conjectaneis ſynonim. Plantarum Guillandini edidit Francofurti 1606. in 8. typis de Bry.

Joannes Renodæus, Pariſienſis, Diſpenſatorium medicum abſolutiſſimè compilavit, in cujus primò libro ſectionum 10. & capitum 299. circa plantarum exactam ſpeculationem verſatur. Pariſiis illud eſt impreſſum ap. Viduam Gul. de la Noue 1608. in 4. & Francofurti apud Jo. Theobaldum Schonwetterum 1609. in 8. & Francofurti iterum ap. Paulum Jacobi 1615. in 4.

Frater Gregorius *Regienſis*, Capuccinus, Herbarum diligentiſſimus & indefeſſus inveſtigator, qui plurimas novas reperit Plantas variiſq; miſit doctiſſimis in re herbaria viris à quibus honorificentiſſimè memoratur, commentariolum edidit de Capſicorum Hiſtoria, & varietate &c. impreſſum cum aliis auctoribus, citatumq; à nonnullis &c. viv. Bononiæ anno 1613.

Joannes Sturmius, Lovanienſis, de Roſâ Hiericuntinâ librum unum compoſuit, & edidit Lovanii 1608. in 8.

Nicolaus Marogna, Veronenſis, ſcripſit egregiè & doctè de Amomo lib. 1. impreſſum Baſileæ ap. Lazarum Zetznerum 1608. in 4.

Gaspar Pilleterius, Monſpelienſis, Plantarum, cum patriarum tum exoticarum in Walachia Zelandiæ Inſula naſcentium Synonimiam ſtudioſè collegit, impreſſam Middelburgi ap. Richard. Schilders 1610. in 8.

Nicolaus Clavena, Bellunenſis, Hiſtoriam Abſynthii Umbelliferi, itemq; Scorzoneræ Italicæ, graphicè non ſolum ſed litteraliter delineavit, impreſſam Venetiis per Evangeliſtam Deuchinum 1610. in 4.

Paulus Simlerus in Epiſtolis ſuis Medicis plura de herbis depromp-ſit, Alpeſq; deſcripſit &c. impreſſ. Norimbergæ anno 1625.

Daniel Winclerus, Uratiſlavienſis, Botanices profeſſionis callentiſſimus in Cron. Aug. de Herbis diſſ. impreſſ. anno 1630.

Paulus Renealmus, Blæſenſis, ſpecimen Hiſtoriæ Plantarum æreis typis expreſſarum edidit Pariſiis apud Adrianum Beiis 1611. in 4.

Pompeius Sprecchus, Venetus, Anabſynthium umbelliferum Nicolao Clavenæ Bellunenſi oppoſuit, Venetiis impreſſum per Antonium Turrinum 1611. in 4.

Emmanuel Swertius, Septimontius, florilegium de variis floribus & aliis Indicis Plantis ad vivum delineatis quadrilingue deſcripſit, &

& adornavit; Francofurti impreſſum ab Antonio Kempner 1612. in fol.

Jacobus Colius, Ortelianus, Syntagma herbarum encomiaſticum, earumdem utilitatem & dignitatem demonſtrans expoſuit Lugduni Bat. impreſſum ap. Raphelengios 1614. in 4.

Ludovicus Jungermannus Catalogum Plantarum quæ circa Altorfium Noricum, & ei vicina quædam loca naſcuntur adunavit, quam Caſpar Hoffmanus recenſuit, excudit autem Altorfii Conradus Agricola 1615. in 4.

Bartholomæus Ambrosinus, Philoſophus & Medicus Bonon. præſtantiſſimus & doctiſſimus Profeſſorque Botan. Archigymnaſii emeritus Horti publici Præfectus, & Ill. Senatûs ejuſdem Civitat. Bibliothecarius, cujus egregiam virtutem, ſi quis penitius introſpicere velit, is Aldrovandi nonnulla volumina de Quadrupedibus digitatis, de Monſtris, de Draconibus, de Metallis &c. ab eo concinnata conſulat, & famam vocaliaq; marmora advocet, quæ plura paucis comprehendentia plurima de eo docent; ſic enim ipſa loquuntur:

Ingenio, eloquio, Medica eſt mirabilis arte,
Hæc ego, tu quod deeſt laudibus adde, vale.

Librum *Panaceam* inſcriptum occaſione Peſtis graſſantis anno 1630. de Herbis ſcil. quæ à Sanctis denominantur, tanquam optimis contra peſſimum morbum præſidiis publici juris fecit, cui acceſſit Capſicorum cum ſuis iconibus brevis Hiſtoria ad Eminen. & Rev. Cardinalem Spadam Bononiæ de latere Legatum, impreſſa Bonon. ap. Her. Victorii Benatii 1630. in 8.

Joannes Stephanus Strobelbergerus, Gallus, Profeſſor Monſpelienſis, Tractatum novum de Cocco Baphica publicavit Jenæ ap. Jo. Beithmanum 1620. in 4. Deinde Galliam Politico-medicè deſcribens de plantis in Gallia, ejuſque particularibus Provinciis & Urbibus non incurioſè agit. Liber impreſſus eſt Jenæ ap. Joan. Beith. 1621. in 12.

Petrus Laurembergius, Roſtochienſis, Apparatum plantarium primum in lucem emiſit, ſcilicet de Plantis bulboſis tuberoſisque, quarum differentias, ſpecies, uſus, tam culinarios quam medicos, culturam, plantationem, conſervationem, & propaginem, cum Philologicis, Phyſicis, Theologicisque earumdem mentionibus edixit. Item quarumdam novarum Plantarum Ichnographiam & Deſcriptionem. Omnia impreſſit Francofurti Matthæus Merianus 1632. in 4. Inſuper Horti culturam libris duobus comprehenſam regulis & obſervationibus inſtruxit peregregiè impreſſam ibidem per eumdem &c.

Joannes Neander, Bremanus, Tabacologiam Medicochirurgicam Pharmaceuticam, hoc eſt Nicotianæ Herbæ deſcriptionem haud perfunctoriè eſt proſecutus, Lugduni Batavorum impreſſam ap. Iſaac. Elzeverium

rium 1622. in 4. Item Saſſafraſologiam Bremæ ap. Joannem Weſſelium 1627. in 4.

Ovidius Mont'albanus, Philoſophorum Bononienſis Collegii Decanus, Doctorque Juriſta, in Archigymnaſio Bonon. ſupra 32. annos Profeſſor primùm Logicæ, mox Phyſicæ, dein Matheſis, poſtremò Ethices, & in magno Aldrovandei Muſæi cuſtodia præclariſſimo viro Bartholomæo Ambroſino hoc eodem anno mortuo ſuffectus; Botanicæ diſquiſitioni atque culturæ à primis uſque annis addictiſſimus, & ideò dictante proprio propenſiſſimo in hanc rem genio infraſcripta hæc ſcripſit, elaboravitque; videlicet, Indicem primò Plantarum omnium à ſe collectarum, exſiccatarum, & chartis agglutinatarum, ex quibus quatuor magna volumina Botanoſcopica conſarcinavit, quem typis promulgavit ex officina Theodorii Maſcheronii, & Clementis Ferronii, anno Dom. 1624. in 4. Item varios variis temporibus Geoponicos tractatus & excurſus, typis Clementis & Jo. Bapt. Ferroniorum, hoc eſt, de Cerealibus, de Viniferis, Hortenſibus herbis, de Inſitionibus, de Viribus Plantarum & Ætatibus, deque vario ex herbis Panificio tempore Caritatis Annonæ publicavit &c. Intra verò ejuſdem privati Muſæi cancellos manuſcripta retinet varia, atque diverſa, ad rem herbariam pertinentia, eaq; curioſa admodum, atque haud inutilia, ut ſunt in Volumine Epiſtolii ad viros in omni doctrinarum genere clariſſimos de Herba Medica v. g. vera immò veriſſima Antiquorum apud nos in ſylvis & dumetis latente &c. Tres tandem tomos Botanographiæ in octava folii forma, mole quidem parvos, ſed virtute quàm maximos nec non admirabiliſſimos, ad manus habet, in quibus innumeræ Plantæ quantumvis proceræ & ingentes a natura & arte ſimul junctis artificioſiſſimè, & facillimè effigiatæ viſuntur in æternitatem, ubi, & campi, prata, ſylvæ, montes, valles, ibidem abbreviari & veluti ad nutum conſpicientis inambulari perſentiuntur.

Josephus de Aromatariis, Medicus Venetus, præſtantiſſimi Philoſophi & Medici Phavorini filius, patria Aſſiſias, de generatione Plantarum ex ſeminibus doctiſſimè egit, quâ egregiè detegitur in vocatis ſeminibus contineri Plantas verè conformatas, & ut dicunt actu: hunc tractatum unà cum aliis ejuſdem Auctoris impreſſit Venetiis Jacobus Sarzina 1625. in 4. & Francofurti Wolffgangus Hofmannus 1626. in 4.

Joannes Robin, Gallus, Enchiridion exhibuit Iſagogicum ad facilem notitiam ſtirpium, tam indigenarum quam exoticarum, quæ in ejus aluntur & coluntur Horto, quod Pariſiis impreſſum eſt ap. Petrum de Breſche 1623. in 8.

Tobias Aldinus, Cæſenas, exactiſſimam nobis dedit deſcriptionem rariorum quarumdam Plantarum, quæ continentur Romæ in horto Farneſiano, impreſſum cum æreis formis Romæ ap. Jac. Maſcardi 1625. in fol.

Hyacinthus Ambrosinus, Philoſophiæ & Medicinæ Doctor Bonon., jam à multis annis ſimplicium Medicamentorum Profeſſor in Archigymnaſio Bonon. & Horti Publici ejuſdem Archigymnaſii Præfectus præclariſſimi

riſſimi ejus fratris Bartholomæi Ambroſini ſucceſſor in hoc munere; Iatrobotanicas theſes anno Dom. 1630. impreſſas Bononiæ in volumine quarti folii, typis Caroli Maliſardi, publici non ſolum juris fecit, ſed publicè in Archigymnaſio ſub die 18. Aprilis ita doctè, ita eruditè, ita ſubtiliter defendit, ut verſatiſſimi & expertiſſimi in hac facultate nomen fuerit jure merito adeptus.

Martinus Blochwitius, Oſcalienſis, Sambucum erudito calamo ſingulariter tractavit, cujus anatomen, & præcipuè quoad Medicamentoſas vires, & quomodo multorum morborum brevi curatrices illæ evadere valeant, rationibus, exemplis, hiſtoriiſque comprobavit. Impreſſit librum Lipſiæ Gothofredus Groſſius 1631. in 12.

Antonius Donatus, Pharmacopæus Venetus, tractatum edidit vulgari ſermone dictatum de ſimplicibus quæ circa Veneta littora naſcuntur, & eorum præcipuè quæ Theophraſto, Dioſcoridi, Galeno, Plinio, aliiſque ſcriptoribus incognita fuere, cum æreis figuris, impreſſum Venetiis ap. Petr. Mariam Bertanum 1631. in 4.

Joannes de Laet, Antuerpianus, libros XVIII. Novi Orbis, ſeu deſcriptionem Indiæ Occidentalis novis tabulis Geographicis & variis animantium, Plantarum, fructuumq; iconibus illuſtratam edidit Lugduni Bat. ap Elzevirios 1633. in fol.

Joannes Baptista Ferrarius, Senenſis, è Soc. Jeſ., veriùs Floræ numen, & illud pulcherrimum undequaq; & innocentiſſimum humanæ & Literariæ curioſitati admirandum protulit Volumen, ſcilicet illud librorum 4. de Florum cultura, qua tetrica quoque ingenia amœnitatis Paradiſeæ amantia facillimè reddi poſſunt; illud impreſſit Romæ Stephanus Paulinus anno 1633. in 4. Idem auctor Cæleſtium Heſperidum ingreſſus Hortus Heſperides, ſive Malorum aureorum culturam, & uſum, libris 4. elaboratum, pulcherrimiſque æreis figuris exornatum, Romæ ſumptibus Hermanni Scheus 1646. in fol. palam omnibus fecit. Hanc ſpeculationem non ſolum honeſtam ſed honeſtiſſimam utiliſſimamque & delectabiliſſimam dicerit Platina ipſe, vir eruditus admodum, curiæque Romanæ ſacer ſectator & aſſecla, in ſuo libro de Honeſta voluptate & valetudine obſoniorum, impreſſo Auſtriæ per Gerardum de Flandria 1480. in 4. ſi modo ageret in Humanis &c.

Adolphus Vorstius, Botanicus Lugduno-Batavus, Catalogum Plantarum eidem Academiæ inſervientium, ideſt quæ in horto publico alebantur anno 1633. unà cum indice Plantarum indigenarum, quæ prope eamdem Civitatem naſcuntur, collegit impreſſum ibidem in officina Elzeviriana 1633. in 16. Idem repetit anno Dom. 1635. Henricus Kralitz ſub directione ejuſdem Adolphi libellumque impreſſit ibidem Elzevirius in 24.

Thomas Johnsonus, Anglus, Mercurium Botanicum inſtruxit, ſeu deſcriptionem Itineris plantarum gratia ſuſcepti peregit anno 1634. cum earumdem nominibus Latinis & Anglis; impreſſum Londini ap Thomam Cotes 1634. in 8.

Joannes Veslingius, Mindanus, Eques, & Botanicus Patavinus, de Plantis Ægypti obſervationes & notas ad Proſperum Alpinum cumulavit doctiſſimè, & exquiſitiſſimè ſimul, ſuperaddendo alias ejuſdem Regionis adhuc non obſervatas Plantas, quas impreſſit Patavii Paulus Frambottus 1638. in fol.

Georgius Marcgravius de Liebſtat, Miſnicus, Germanus, Hiſtoriæ rerum naturalium Braſiliæ libros octo deſcripſit, quorum tres priores agunt de plantis, Lugd. Bat. impreſſ. cum Gulielmo Piſone &c.

Gulielmus Piso, M. D. Lugduno-Batav. de Medicina Braſilienſi libros 4. ſcripſit, in quorum poſtremo de facultatibus ſimplicium egit, ubi plures exhibentur plantæ cum figuris. Lugd. Batavorum impreſſum eſt volumen in fol. ap. Franciſcum Hackium, & Amſtelodami ap. Lud. Elzevirium 1684. unà cum appendice de Tapuys, & Chilienſibus, Joannis de Laet Antuerpiani.

Joannes Henricus Cherlerus, Baſilienſis, in Hiſtoria Plantarum univerſali in tres tomos congeſta, & à Doctore Joanne Bauhino primario elaborata, ſuas & non modicas contulit partes, cui etiam tamquam tertius in ſuſtinendo tanto labore acceſſit Dominicus Chabræus è prælo Ebrodunenſi 1650.

Franciscus Hernandez novam plantarum Mexicanarum Hiſtoriam contexuit, & edidit Romæ typis Vitalis Maſcardi anno Domini 1651. in folio.

Jacobus Zanonus, Pharmacopæus Bononienſis, ibidem Horti publici cuſtos, Italicè *Giardiniero*, Herbarum rerumq; naturalium peritiæ profuſiſſimè amans. Is intra inſtructiſſimi ſui Muſæi cancellos quam plurima Herbarum Cadavera immortalia non ſolum reddidit ſed (quæ eſt illius Botanica Minerva) ea in ſuperbiſſima picturis & auro coronata vertit in Aulea, precioſiſſimis quibusvis arachneis præferenda ornamentis Principum atque Magnatum. Ipſe idem Obſervationes aliquot, vulgari licet idiomate conceptas, circa novas & non vulgares ſtirpes in Bononienſi agro naſcentes, publicavit typis Jo. Bapt. Ferronii anno D. 1652. in folio magno, aliaſque ſuccedentibus annis fortè plures atque potiores proferet.

FINIS.

SPECIES GRAMINUM INDIVIDUALES.

THEOPHRASTUS lib. 1. *de hiſt. plant.* c. 9. Gramen vocat herbam ſpecialiter appellatam, & illud trium facit ſpecierum, ſumpta à radicibus differentia triplici.

1. Gramen radicum multipliciter æqualium.
2. Unicæ majuſculæ radicis, ex qua radiculæ pleræque aliæ proveniunt.
3. Binarum radicum majorum.

Dioscorides quatuor deſcribit graminis ſpecies lib. nimirum 4. c. 26. ut notat Bartholomæus Maranta *de cognoſc. ſimplic.* lib. 1. c. 9.

1. Gramen geniculatum dulce, arundinaceum minus, Jumentorum & Boum cibus.
2. Arundinaceum majus, Babilonicum, Jumentorum nex.
3. Parnaſſi hederaceis foliis, oculare medicamentum.
4. Ciliciæ, Cinna dictum, quod Boves inflammat.

Galenus lib. 6. de *ſimpl. medic. facultatibus* quatuor agnovit gramina.

1. Gramen Agroſtis.
2. Eſculentum majus.
3. Eſculentum minus.
4. Parnaſſi.

Plinius ſex Graminis ſpecies enumeraſſe viſus eſt lib. 1. c. 10. & lib. 24. c. 19. quemadmodum notat Maranta lib. 1. *Methodi cognoſc. Simpl.* c. 10.

1. Gramen internodiorum ſeptem, ad capitis dolores.
2. Eſculentum quinum dactylorum, Sanguinaria.
3. Aizoo ſimile Dactylon, ad pterygia.
4. Dactylon parietinum, tenue.
5. Babilonicum Camelos enecans.
6. Fænu Græcum, dictum Telim, Carphos, Buceras, Aegoceros, Silicia.

Ruellius de *Nat. Stirp.* lib. 3. c. 91. hæc agnovit Gramina.

1. Gramen acculeatum primum, pentadactylon. Deus Canarius, Crus Galli, Pes Cornicis, Capreola, Sanguinaria, Coronopus Dioſcoridis per eumdem Ruellium.
2. Gramen aculeatum ſecundum, Aizoo ſimile.
3. Aculeatum tertium. Dactylon.
4. Arundinaceum. Calamagroſtis tenuior.
5. Parnaſſi.
6. Cilicium, Cinna appellatum.

Hieronymus Tragus de *Stirpium hiſtoria* lib. 2. c. 35. & 37. & aliis etiam hæc gramina recenſet.

1. Gramen Lolium primum.
2. Phalaris Dioſcoridis. Sterilis avena Virgilii. Muris avena Germanorum. Anchinopa. Phænicopteron. Rhinſtachios. Oſthalen. Athon Aegypt. Hordeum etiam murinum, & Lolium murinum, aliis Aegylops Galeni.
3. Lolium tertium. Vitium frumentorum aſperum, & acutum.
4. Lolium quartum exiguum. Lolium Speltæ peſtis.
5. Lolium quintum, Bromon, Siphonion, Acroſpelon.
6. Lolium ſextum, rotundum, paniculatum.
7. Lolium ſeptimum, Lappaceum.
8. Lolium octavum, geniculatum, ſpica tenerrima.
9. Lolium nonum, longiſſimum, Arundinis principium.
10. Lolium decimum elegantiſſimum. Auricula Leporis Rhonenſium.
11. Sparganion primum, agreſte gramen, & Calamus agreſtis primus.
12. Calamagroſtis 2.
13. Calamagroſtis 3.
14. Utrimque acuminatum ſpicis nigris.
15. Gramen vulgò cognitum. Carex acuta Virgilii. Aegicon. Amaxitis. Amphi Aegyptiorum. Amphyllion. Sanguinalis. Uniola. Apiaria Hiſpanorum. Cotiata Dacum. Jebal Afrorum.
16. Centum nodia. Vegen & Thelnegil Serapionis. c. 119.
17. Calamagroſtis ſpecies minor adhuc.
18. Calamagroſtis ſpecies minima.
19. Typha aquatica.
20. Anatum, Gramen aquaticum, arundineum.
21. Gnaphalium junceum. Lana pratenſis. Heres. Ampetecon. Anaxiton. Anaphalia. Semeon Aegyptiis. Gelaſon Gallorum. Centunculus Latinorum.
22. Gr. Scirpus primus, Syringa Plinii. Oxyſchænos quibuſdam.
23. Gr. Scirpus ſecundus minor.
24. Euphraſia gramen, Germanis dicitur gra mem coroborans oculos.

Ex Hiſtoria generali plantarum Lugdunenſi dicta. Tom. 1. lib. 4. cap. 14. & ſeq.

1. Gramen. Bromus herba Lobelii. Aegilops prima Matthioli.
2. Bromus altera ſterilis Lobelii.
3. Aegilops. Aegilops bromoïdes Belgarum Lobelio.
4. Aegilops. Dodonei.
5. Aegilops. Lobelii & Pena (Gaſpar autem Bauhinus in ſuis animadverſionibus in *hiſt. gen. plant. Lugd.* dicit hanc herbam & ſubſequentem eſſe unum & idem, licet delineatæ exhibeantur variæ, & aſſerantur diverſæ.)
6. Aegilops ſecunda Matthioli radice, & foliis diverſa.
7. Sylveſtris Panici Matthioli. Herba alba Plinii forte lib. 8. c. 17. pecori mortifera.
8. Panici ſylveſtris alterius Dalechampii.
9. Mannæ prius Matthioli (idem dicitur eſſe cum ſubſequenti à G. Bauhino in animadverſionibus.)
10. Mannæ prius Dodonei.
11. Mannæ ſecundum Dodonæi (hoc dicitur à Caſp. Bauhino non differe à Panico ſylveſtri Matthioli.)
12. Phalaris. Frumentum Canarienſe Maſſilienſium, cujus ſemen paſſerculis Canarienſibus eſt gratiſſimum.
13. Phœnix, ſeu Lolium murinum vel Hordeum murinum.
14. Vulgare Matthiolo.
15. Vulgare Dalechampii.
16. Vulgare Dodonæi.
17. Leucanthemum. Gramen tertium Fuchſii in *hiſt. pl.* c. 48. Holoſtium Ruellii. Euphraſia Gramen Tragi.
18. Pratenſe vulgatius. Herba ſimpliciter. Herbarum vulgatiſſima.
19. Parnaſſi Matthioli. Cilicia. Cinna quorumdam.
20. Minimum Dalechampii.
21. Lanatum Dalechampii.
22. Junceum Dalechampii.
23. Pratenſe Dalechampii.
24. Anthoxanthon Dalechampii.
25. Leucanthemon Dalechampii.
26. Iſchæmum Plinii l. 25. c. 8. ſive Dactylon.
27. Bulboſum Dalechampii.
28. Spicatum Dalechampii.
29. Hordaceum. Holcus Plinii.
30. Murorum Dalechampii.
31. Polyanthes. Aegilops Plinii.
32. Filiceum ſive polyanthes.
33. Nodoſum.
34. Nemorum Dalechampii.
35. Glumoſum Dalechampii.

 36. Au-

36. Aureum Dalechampii.
37. Tomentoſum, Alopecuros vera Plinii & Theophraſti.
38. Alopecuros Dodonei.
39. Triglochin, ſeu vermiculatum Dalechampii.
40. Pinnatum Dalechampii.
41. Alopecuros graminea Dalechampii.
42. Echinatum Dalechampii.
43. Exile.
44. Minimum (Hoc notatur à Bauhino in *animadverſionibus* idem cum gramine Filiceo ſumpto paniculoſo phalaroide Lob.)
45. Typhinum.
46. Cyperoïdes.
47. Bulboſum nodoſum.
48. Calamagroſtis Lobelii, vulgo *Leche.*
49. Sulcatum.
50. Aculeatum Matthioli.

Petrus Andreas Matthiolus cum Bauhino ſuper Dioſcoridem hæc exhibet gramina.

1. Gramen curva panicula C. B. minimum Xerampelinum Adv. & Lob.
2. Gramen Mannæ. Sanguinella. Eſculentum C. B. Capreola, & Sanguinaria Ruellii. Coronopus Dioſc. Lonicero Manna Polonorum. Geſn. H. Eſculentum Plinii. Primum Tabern.
3. Alterum. Caryophyllus arvenſis glaber, flore majori C. B. Leucanthemum Dodon. Floridum majus Tab. Euphraſia gramen Tragi. Crateogonum Dodon. Gall. Holoſtium Ruelli. Lobel. Centunculus montanus Cæſalp.
4. Parnaſſi.
5. Monophyllon. Unifolium Brunfel. & Dodon. Gall. & Lugd. & Caſt. & Cam. & Tab. Henophyllon Geſneri H. Cotyledon ſylveſtre Tragi. Cyclaminus unico folio Dalechampii in Dioſc. Bifolium primum Lonicero.
6. Aculeatum, idem Caſt. & Lugd.

Ex Petro Pena & Matth. de Lobel in Stirp. Adverſariis novis.

1. Gramen vulgatum pratenſe majus.
2. Pratenſe minus montanum.
3. Pratenſe minimum Narbonenſe.
4. Rabinum, vel Raviſum montanum, foliis Vetonicæ caryophyllatæ.
5. Canarium ſeu caninum, medicatum officinarum, proprie *Gramigna.*

6. Cani-

6. Caninum bulboſum nodoſum.
7. Arundinaceum ſcabrum, ſeu calamagroſtis, fortè Babilonicum.
8. Arundinaceum leve, & piloſum nemorum. Iſchæmum fortè Plinii l. 25. c. 8.
9. Arundinaceum ſtriatum album.
10. Arundinaceum marinum maximum.
11. Iſchæmum vulgare. Crus Galli. Dactylon Plinii, & Eſculentum. Scirpus Trag.
12. Parnaſſi hederaceum, aut Chelidonii folio. Sanguinella Italorum, & Capriola Plinii Aizoi effigie.
13. Mannæ eſculentum. Manna cælicum Alpinorum, ſemine exiguo, albido, compreſſo. Orizæ guſtu &c.

Omittuntur Trifolia, quæ ad gramina referri poſſe quoque viderentur, nimirum Trifolia pratenſia, Oxytriphylla, Medica, Loti &c. de quibus loquendo iidem Auctores hæc formalia verba nobis offerunt legenda, ſub capite de Trifoliis &c. *quaſi alteram Graminum familiam* &c. quia has herbas ablegamus ad tractatum earum herbarum, quæ à numero foliorum nomenclaturam adæptæ ſunt.

Ex Lobelio in plantarum ſeu *ſtirpium iconibus* tom. 1.

1. Gramen pratenſe vulgare πόα Theophraſti Bauhino.
2. Pratenſe minus, vulgare alterum Bauh. minus Adverſ. in Bauhino.
3. Minimum Xerampelinum Narbonenſe & Belgicum.
4. Gramen panniculatum arvenſe Bauh. minimum. Advers.
5. Segetum pannicula ſpecioſa latiore. Panniculatum ſegetum Bauhini. Segetale ſive arvenſe panniculatum Tab.
6. Agrorum, venti ſpica latiore, arundinacea, comoſa pannicula. Arundinaceum arvenſe Tab.
7. Miliaceum. Pannicula miliacea Bauh. id. Tab.
8. Majus aquaticum. Panniculatum aquaticum Bauh. Arundinaceum panniculatum Taber.
9. Sulcatum vel ſtriatum album. Variegatum Bauh.
10. Sorghi effigie. Sorghinum Tab.
11. Calamagroſtis. Arundinaceum, fortè Babilonicum Advers.
12. Tomentoſum, & aceroſum, Calamagroſtis quorumdam. Plumoſum vulgi.
13. Exile durius, foliolis junceis. Secundum Bauh.
14. Panniculoſum phalaroïdes. Eragroſtis, ſeu elegantiſſimis panniculis Bauh. *Amourettes* Clus.
15. Gramen phalaroides alterum.
16. Alopecuroides. Typhoides molle Bauh. Alopecurinum Tab.
17. Alopecuroides minus. Typhoides repens alterum Bauh. Alopecurinum tertium Taber.

18. Alo-

18. Alopecuroides minus alterum. Alopecurinum 2. Tabern.
19. Typhinum. Typhoides aſperum, latifolium Bauh.
20. Spicatum, foliis Vetonicæ caryophyllatæ.
21. Nigrum Lugd.
22. Cyperoides. Spicatum latifolium, caule triangulo Bauh.
23. Paluſtre majus. Byperoides ſpica molli Bauh.
24. Aquaticum alterum. Junceum ſemine triangulo Bauh. Arundo minima Lugd.
25. Aquis innatans. Panniculatum aquaticum Bauh.
26. Anatum Trag.
27. Aquaticum ſpicatum. Fluviatile album Taber.
28. Simplici ſpica panici effigie. Lolium ſextum Tragi ſine icone.
29. Gramen ariſtis circumvallatum panici effigie. Panicum ſylveſtre ſpica aſpera Bauh. Lolium ſeptimum Tragi ſine icone.
30. Tertium, panici effigie. Panicum ſylveſtre ſpica nigra Bauh. Paniceum tertium Taber.
31. Paluſtre echinatum. Paluſtre aculeatum Bauh. Aculeatum Lugd.
32. Exile hirſutum cyperoides. Hirſutum cyperi pannicula Bauh. Cyperinum piloſum Tabern.
33. Hirſutum nemoroſum. Hirſutum majus latifolium Bauh. Combretum Plinii Anguillaræ, Lugd.
34. Marinum ſpicatum alterum. Junceum ſpicatum, ſeu Triglochin Bauh. Calamagroſtis ſecunda (quoad iconem) Trag. Triglochin vermiculatum Dalech. Lugd.
35. Junceum marinum denſe ſtipatum. Junceum tertium Bauh. Junceum quintum Tab. ſeu Junceum aquaticum minus.
36. Junceum maritimum. Junceum alterum Bauh. Junceum tertium Tab.
37. Holoſteum Matthioli. Επιγονατόκαυλον Bauh. Hoc duplex obſervatur & erectum & repens; repens fortè.
38. Nemoroſum Lugd.
39. Paluſtre cyperoides. Cyperinum paluſtre Tab.
40. Cyperoides parvum aquaticum. Cyperoides paluſtre alterum Bauh. Cyperinum paluſtre minus Taber.
41. Cyperoides aquaticum vulgatius. Cyperoides pannicula ſparſa Bauh. Cyperinum majus Tab.
42. Canarium. Officinarum Bauh. Gramen Dod.
43. Caninum ſupinum.
44. Geniculatum caninum marinum. Caninum ſupinum maritimum Bauh. Caninum tertium Taber.
45. Caninum longius radicatum, marinum alterum. Canimum ſupinum alterum, maritimum Bauh. Caninum quartum Tab.
46. Bulboſum, nodoſum, avenacea pannicula Bauh.
47. Canarium alterum. Dactylon ſecundum, folio arundinaceo Bauh. Gramen Cluſii.

48. Iſchæ-

48. Iſchæmon vulgare. Dactylon primum, folio latiore Bauh. Crus Galli Trago.

49. Mannæ eſculentum. Dactylon eſculentum Bauh. Mannæ Matth.

50. Hordeum ſpontaneum ſpurium. Holcus Plinii Anguillaræ à trahendo, dictus etiam Ariſtida, quia extrahat ariſtas &c. Hordaceum minus Bauh. Lolium tertium Trag. Hordeum murinum Dodon.

51. Bromos ſterilis 1.

52. Bromos ſterilis, alterum. Feſtuca altera Dodon. Feſtuca graminea, Secalis vitium Bauh. Lolium primum Trag.

53. Aegylops bromoides Belgarum. Feſtuca ſterilis tertia Bauh. Feſtuca prior Dodon.

54. Feſtuca ſive Aegylops Narbonenſis. Aegylops vera Bauh. Oculus capræ.

55. Hordeum murinum, vel Lolium rubrum, Phœnix Dioſc. Bauh. Lolium quartum Trag.

56. Panicum herbariorum ſylveſtre.

57. Phalaris. Phalaris Dioſc. quoad iconem Trag.

58. Phalaris pratenſis minor. Tremulum majus Bauh. Lolium decimum Trago.

59. Cauda vulpis Monſpelienſium. Alopecuros.

60. Alopecuros alterum. Alopecuros ſpica breviore Bauh.

61. Holoſtium Ruellii. Floridum Bauh. Caryophyllus arvenſis glaber, flore majore, vel Euphraſia gramen Trag. Crateogonum fortè Dodon.

62. Diverſitas Holoſtii Ruelli. Caryophyllus arvenſis glaber, flore minori Bauh. Gramen floridum, minus Tab.

63. Holoſtium alterum. Filix ſaxea Tragi.

64. Cyperus graminea, ſive Miliacea. Pſeudocyperus ſecundus, ſive πολύκαρπος Bauh.

65. Typha minor.

66. Marinus gramineus juncus foliis Schœnanti. Id. Advers. Alopecuros ſpica longiore Bauh. Tomentoſum ἀλωπέκουρος Plin. & Theophr. Lugd.

67. Juncus levis vulgaris panicula ſparſa.

68. Levis, vulgo glomerato flore.

69. Juncus acutus vulgaris.

70. Juncus Cyperoides, floridus, paludoſus. Calamagroſtis altera Trago.

71. Juncus marinus. Juncus Cyperoides maritimus Bauh.

72. Juncus bombycinus. Tomentum & Linum pratenſe Cordi, vel Gnaphalium Hier. Boackii. Tomentoſum Bauh. Gnaphalium Juncei graminis genus Trag.

73. Spartum Plinii, Cluſio. Spartum primum Bauh.

74. Spartum Plinii, Cluſio alterum. Spartum ſecundum Bauh.

75. Spartum noſtras, & tertium Cluſii, & tertium Bauh.

76. Spartum noſtras alterum. Spartum quartum Bauh.

77. Spartum noſtras parvum. Spartum ſecundum Bauh.

Ex Joachimo Camerario, in novis iconibus, & deſcriptionibus ad Matthiolum &c.

1. Gramen panicum ſylveſtre. *Panicaſtrello* vulgò Italorum.
2. Simpliciter. Gal. 6. *ſimpl. med.* Italorum *Gramegna*, Græcis Ἀγρωστις, Gallis *Chiendent*, à ſimilitudine dentium caninorum reſpectu germinum illius.
3. Mannæ. Italicè *Sanguinella*, & *Capriola*.
4. Floridum. Gramen alterum.
5. Parnaſſi, vulgo Unifolium.
6. Aculeatum. Italicè *Gramigna ſpinoſa*.
7. Phœnix. Lolium murinum.
8. Aegylops, ſive Feſtuca. Italis *Orzo ſelvatico*.
9. Aegylops altera. Italis *Vena vana*.

Ex Jacobo Theodoro Tabernæmontano, in libro *Icones plantarum* &c. Sect. 6.

1. Gramen vulgare.
2. Geniculatum. Caule geniculato Bauh.
3. Minus.
4. Caninum, ſeu Canarium 1.
5. Caninum ſupinum 2.
6. Caninum 3.
7. Caninum 4.
8. Segetale, ſive arvenſe paniculatum.
9. Sulcatum pictum Hiſpanicum.
10. Paniculatum ſativum. Heragroſtis.
11. Sorghinum.
12. Miliaceum.
13. Lucidum. Capitulo globoſo Bauh.
14. Paniculatum minus album.
15. Paniculatum minus rubrum.
16. Avenaceum.
17. Minus duriuſculum.
18. Alopecurinum primum.
19. Alopecurinum ſecundum.
20. Alopecurinum tertium.
21. Caryophyllæum.
22. Phalaroides.
23. Arundinaceum majus. Arundinaceum alterum Bauh.
24. Arundinaceum paniculatum.
25. Arundicinaceum minus. Spicatum Bauh.
26. Arundinaceum arvenſe.
27. Mannæ. Capriola.
28. Parnaſſinum.

29. Hede-

29. Hederaceum, Flos hepaticus.
30. Aquaticum.
31. Aquaticum ſpicatum.
32. Aquaticum geniculatum.
33. Aquaticum arundinaceum paniculatum.
34. Fluviatile.
35. Fluviatile album.
36. Typhinum primum.
37. Typhinum ſecundum. Thyphoides aſperum anguſtifolium Bauh.
38. Typhinum 3. Typhoides ſpica multiplici Bauh.
39. Cyperoides.
40. Cyperinum piloſum.
41. Cyperinum paluſtre.
42. Cyperinum paluſtre minus.
43. Cyperinum nemoroſum.
44. Cyperinum majus.
45. Iſchæmum ſanguineum primum.
46. Iſchæmum ſecundum. Dactylum tertium Bauh.
47. Junceum ſylvaticum.
48. Junceum aquaticum majus. Junceum quartum Bauh.
49. Junceum tertium. Junceum quintum & majus Bauh.
50. Junceum ſpicatum.
51. Junceum aquaticum minus.
52. Junceum bufonium.
53. Sylvaticum, ſive nemoroſum primum. Idem Bauh.
54. Sylvaticum ſecundum. Nemoroſum alterum Bauh.
55. Sylvaticum tertium.
56. Sylvaticum piloſum.
57. Paniceum primum.
58. Paniceum ſecundum.
59. Paniceum tertium.
60. Marinum majus.
61. Marinum minus.
62. Tomentarium. Linum pratenſe.
63. Leporinum. Gramen tremulum. *Amourettes tremblantes.* Clus.
64. Arundinaceum montanum.
65. Floridum majus.
66. Floridum minus.
67. Holoſtium caryophyllæum.
68. Holoſtium caryophyllæum arvenſe.
69. Aegylops. Avena fatua.
70. Siphonium. Bromos herba. Feſtuca altera.
71. Hordeum ſpurium. Ariſtidia.
72. Aegylops bromoides. Feſtuca longiſſimis ariſtis Bauh.
73. Aegylops peregrina. Feſtuca Italica.
74. Hordeum murinum. Lolium ſylveſtre.

75. Sparteum. Junciſpartium.
76. Sparteum ſecundum ſchœnantinum. Sparteum VI. Bauh.
77. Spartum Plinii primum.
78. Spartum Plinii ſecundum.
79. Spartum Plinii tertium.
80. Lolium. Zizania. Junceum.
81. Alopecuros. Cauda vulpina.
82. Phalaris Canarienſe.
83. Myoſurus. Cauda murina.

Ex Prospero Alpino de plantis exoticis l. 1. c. 46. & 66. & de plantis Ægypti c. 40. & ex Veslingio in Obſerv. ad Profp. Alpin. de plantis Ægypti.

1. Gramen, Arundo graminea aculeata.
2. Holoſteum creditum antiquorum cum foliis gramini proximis.
3. Crucis, ſive *Neiemelmſalib.* Simile gramini iſchæmo.
4. Stellatum Ægyptium. Heracleoticum; horumque duorum graminum ſemina miraculoſiſſimè frangunt lapides renum & veſicæ &c.

Gramina Phytopinacis Casparis Bauhini.

1. Gramen officinarum Caſp. Bauh.
2. Caninum Lobelii.
3. Gramen Dodonæi.
4. Caninum ſupinum.
5. Caninum ſupinum Lobelii.
6. Graminis primi Dioſcoridis ſpecies minima.
7. Caninum ſupinum maritimum.
8. Geniculatum caninum maritimum Lobelii.
9. Caninum tertium Taber.
10. Caninum ſupinum maritimum alterum.
11. Caninum longius radicatum Lobelii.
12. Caninum quartum Taber.
13. Caninum marinum, ſpica echinata.
14. Caule geniculato.
15. Geniculatum, vel tertium Taber.
16. Vulgare πόα Theophraſti.
17. Pratenſe Lobelii.
18. Pratenſe primum Dodon.
19. Vulgare alterum.
20. Minus Advers.
21. Minus vulgare Lob.
22. Pratenſe flore ex pallido flaveſcente.
23. Anthoxanthon Dalech.
24. Pratenſe, cujus ſpicam folium inſtar veſicæ amplectitur.

25. Pra-

25. Pratenſe Dalech.
26. Folio aſpero nonnumquam articulato.
27. Spicatum Dalech.
28. Criſtatum.
29. Panniculatum odoratum.
30. Panniculatum arvenſe.
31. Minimum Advers.
32. Minimum Xerampelinum Narbonenſe Lobel.
33. Longiſſimum.
34. Minimum inſtar globi.
35. Minimum Dalech.
36. Panniculatum molle.
37. Lanatum Dalech.
38. Panniculatum Segetum.
39. Segetum pannicula ſpecioſa.
40. Segetale, ſive arvenſe panniculatum Taber.
41. Segetum pannicula arundinacea.
42. Agrorum venti ſpica, & gramen agrorum Lobelii.
43. Arundinaceum arvenſe Taber.
44. Pannicula pendula aurea.
45. Aureum Dalech.
46. Pannicula Miliacea.
47. Miliaceum Lobelii.
48. Miliaceum Taber.
49. Panniculatum aquaticum.
50. Maius aquaticum Lobelii.
51. Arundinaceum panniculatum Taber.
52. Panniculatum aquaticum alterum.
53. Anatum Trago.
54. Aquis innatans Lob.
55. Aquaticum Lob.
56. Fluviatile album Taber.
57. Aquaticum geniculatum Taber.
58. Variegatum.
59. Sulcatum, vel ſtriatum album Adv. & Lob.
60. Sorghi effigie ex Lob.
61. Sorghinum Tabern.
62. Arundinaceum aquaticum.
63. Καλαμάγρωστις, vel arundinaceum, fortè Babilonicum Advers.
64. Calamagroſtis Lob.
65. Arundinaceum alterum.
66. Arundinaceum majus. Taber.
67. Arundinaceum ſpicatum.
68. Arundinaceum minus. Taber.
69. Arundinaceum ſpica triticea.
70. Tomentoſum & aceroſum Lob.

 71. An

71. An arundinacei alia ſpecies Thalio?
72. Arundinaceum montanum.
73. Scirpi primum genus Trago.
74. Foliolis junceis primum.
75. Junceum Dalech.
76. Gramen foliolis junceis ſecundum.
77. Exile durius Lobel.
78. Elegantiſſimis panniculis. Eragroſtis.
79. *Amourettes* Clus. in hiſt. Hiſp. pl.
80. Panniculoſum phalaroides Lob.
81. Tremulum majus.
82. Lolium decimum, & Aegylops Plinii Trago.
83. Phalaris pratenſis, minor Adv.
84. Tremulum maximum.
85. Tremulum minus.
86. Montanum avenaceum, lanuginoſum.
87. Montanum avenæ ſemine Cluſio.
88. Montanum avenaceum, non lanuginoſum.
89. Capitulo globoſo.
90. Lucidum Taber.
91. Phalaroides.
92. Phalaroides alterum Lob.
93. Typhoides maximum, ſpica longiſſima.
94. Typhoides molle.
95. Alopecuroides Lob.
96. Alopecurinum primum Taber.
97. Typhoides aſperum latifolium.
98. Typhinum Lob.
99. Typhoides aſperum anguſtifolium.
100. Typhinum ſecundum Taber.
101. Typhoides ſpica multiplici.
102. Typhinum tertium Taber.
103. Typhoides repens.
104. Alopecuroides minus alterum Lobel.
105. Alopecurinum ſecundum Tab.
106. Typhoides repens alterum.
107. Alopecuroides minus Lob.
108. Alopecurinum tertium Taber.
109. Alopecuroides aſpera ſpica.
110. Echinatum Dalech.
111. Foliis Caryophyllatæ latifol.
112. Spicatum foliis Botanicæ caryophyllatæ Lob.
113. Nigrum Lugdun.
114. Foliis Caryophyllatæ, anguſtifolium.
115. Alpinum præcipuum.
116. Alpinum quorumdam, Rabinum cognominatum Geſneri.

117. Spi-

117. Spicatum folio triangulo.
118. Vulgò cognitum Trago.
119. Triangulum Lugdun.
120. Spicatum latifolium caule triangulo.
121. Cyperoides Lob.
122. Cyperoides anguſtifolium.
123. Cyperoides ſpica molli.
124. Paluſtre majus. Lob.
125. Cyperoides paluſtre primum.
126. Paluſtre Cyperoides Lobel.
127. Cyperinum paluſtre Taber.
128. Cyperoides paluſtre alterum.
129. Cyperoides parvum aquaticum Lobel.
130. Cyperinum paluſtre minus Taber.
131. Cyperoides minimum pannicula ſubflava.
132. Calamagroſtis tertia Trago.
133. Juncus exiguus pratenſis eidem.
134. Cyperoides minimum pannicula nigricante.
135. Pſeudocyperus primus ὀλιγόκαρπος.
136. Pſeudocyperus Lobel.
137. Pſeudocyperus ſecundus ſeu πολύκαρπος.
138. Cyperus graminea, ſive maliacea Lob.
139. Cyperoides pannicula ſparſa.
140. Cyperoides aquaticum Lobel.
141. Cyperinum majus Tab.
142. Junceum ſemine triangulari.
143. Aquaticum alterum Lob.
144. Arundo minima Lugdun.
145. Junceum ſpicatum, ſeu Triglochin.
146. Calamagroſtis ſecunda Trago.
147. Marinum ſpicatum alterum Lobel.
148. Triglochin, ſeu vermiculatum Dalech.
149. Spicatum alterum maritimum.
150. Marinum ſpicatum Lob.
151. Spicatum ſextum & montanum.
152. Montanum ſpicatum Cluſio.
153. Junceum alterum.
154. Junceum maritinum Lob.
155. Junceum tertium Taber.
156. Junceo ſpicis ſimile.
157. Junceum tertium.
158. Junceum marinum denſe ſpicatum Lob.
159. Junceum quintum Taber.
160. Junceum quartum.
161. Junceum primum Taber.
162. Junceum quintum & majus.

163. Jun-

163. Junceum ſecundum. Taber.
164. Junceum montanum.
165. Maritimum.
166. Oxyagroſtis maritima Dalech.
167. Hirſutum majus latifolium.
168. Hirſutum nemoroſum Lobel.
169. Combretum Plinii Anguillaræ.
170. Hirſutum minus latifolium.
171. Nemorum Dalech.
172. Hirſutum majus anguſtifolium.
173. Hirſutum panniculis albis.
174. Leucanthemum Dalech. Aeſchinomenem dici apud Plinium Guillandinus cenſebat.
175. Hirſutum Cyperi pannicula.
176. Exile hirſutum Cyperoides Lobel.
177. Cyperinum piloſum Taber.
178. Nemoroſum primum.
179. Sylvaticum primum Taber.
180. Nemoroſum alterum.
181. Sylvaticum tertium Taber.
182. Ἐπινοματόκαυλον.
183. Holoſtium Matthioli.
184. Holoſtium Matthioli Lob.
185. Paluſtre aculeatum.
186. Paluſtre echinatum Lob.
187. Aculeatum Lugd.
188. Aculeatum alterum.
189. Aculeatum Matth.
190. Dactylon primum folio latiore.
191. Sanguinaria Nevenaræ, quod eſt Crus Galli Trago.
192. Iſchæmon vulgare Advers.
193. Dactylon ſecundum folio arundinaceo.
194. Gramen Cluſii.
195. Canarium alterum Lob.
196. Dactylon tertium ſpicis villoſis.
197. Iſchæmum ſecundum Taber.
198. Dactylon Aegyptiacum.
199. Crucis *Neiemelmſaleb* Aegyptiis Alpino.
200. Dactylon eſculentum.
201. Mannæ Matthiolo.
202. Mannæ eſculentum Lob..
203. Panicum ſylveſtre ſine ariſtis.
204. Panicum ſylveſtre Matth.
205. Mannæ alterum Dodon.
206. Panicum ſylveſtre cum ariſtis.
207. Panicum ſylveſtre ſimplici ſpica, vel Milium ſylveſtre.

208. Lo-

208. Lolium ſextum Trago.
209. Panici effigie, ſimplici ſpica Lobel.
210. Panicum ſylveſtre, ſpica aſpera.
211. Lolium ſeptimum Trago.
212. Panici effigie ariſtis circumvallatum Lob.
213. Panicum ſylveſtre, ſpica nigra.
214. Tertium, panici effigie Lob.
215. Tertium, paniceum Taber.
216. Nodoſum, avenacea pannicula.
217. Bulboſum, nodoſum Advers.
218. Nodoſum alterum, ſpica parva.
219. Bulboſum.
220. Bulboſum ex Alepo.
221. Lolium ſpica breviore, Phœnix Dioſcoridis.
222. Lolium quartum Trago.
223. Phœnix, Lolium murinum Matth.
224. Hordeum murinum vel Lolium rubrum Lob.
225. Herba phœnicea Græcis, Hordeum murinum noſtris Plinio.
226. Lolium ſpica longiore ἄφα Dioſc. Theophr. & Galen. Tritici ſpecies eſt.
227. Lolium Matthioli.
228. Lolium, & triticum temulentum Lob.
229. Feſtuca graminea, Secales vitium.
230. Lolii ſecundum genus. Lolium primum Trago.
231. Bromos ſterilis altera Lob.
232. Feſtuca ſterilis vitium Avenæ.
233. Lolii primum genus Trag.
234. Ægylops prima, Hordei vitium Matth.
235. Bromus, & Avena herba Dodon.
236. Feſtuca ſterilis altera.
237. Feſtuca ſterilis tertia.
238. Ægylops bromoides Belgarum Lob.
239. Feſtuca prior Dodon.
240. Feſtuca longiſſimis ariſtis.
241. Ægylops quarta bromoides prima Taber.
242. Feſtuca ſeu Ægylops vera.
243. Ægylops ſecunda Matth.
244. Feſtuca, ſive Ægylops Narbonenſis Lobel.
245. Hordeaceum minus.
246. Lolium tertium Tragi.
247. Hordeum, ſeu Triticum murinum Dodon.
248. Hordeum ſpontaneum ſpurium. Holcus Plinii Anguillaræ.
249. Hordaceum majus.
250. Loliacei tertium genus Thalio.
251. Sparteum primum.
252. Sparteum Plinii Clus.

253. Sparteum Plinii Cluſio, Lob.
254. Sparteum ſecundum.
255. Sparteum aliud Clus.
256. Spartum Plinii, & Cluſii alterum Lob.
